orō.Concluſio eſt exitus ⁊ determinatio totius orōnis eſt:et
cōplectit̄ breuiter rōnes p totā orationē tractatas ſilr id qḋ
ab oratore qritur:⁊ ex p̄miſſis rationib⁹ infert. Hęc aūt aut
amplificatiōe.aut enumeratiōe.aut conqueſtione perficit? Amplifica-
Di. Quādo amplificatione cōcludimus? Ma. Cum p co- tione cōclu
hortationē auditoris animū ad imagina ione cōcitamus:qḋ quidē trede dimus.
cim locis ꝯplecti poterit.maxime aūt in genere iudiciali. Primus ab aucto
ritate ſumit̄:cum oſtendim⁹ quātę curę ea res dijs immortalib⁹ fuerit. aut
ex ſortibus.oraculis.vaticinijs.reſponſis. oſtentis.ꝓdigijs ⁊c. Aut maiorib⁹
noſtris ſapientiſſimis ſenatui.⁊ maxime quḋ de his rebus in lege ſancitū
eſt.Scḋus ad quis ptineat.que bona attingit:cōmemorat.Tertius:ſi cib⁹
idem concedat:mu tos eiuſdē audacie futuros exemplo aperiat. Quartus
demōſtrat ſi huic remiſſum ſit:multos alacriores ad maleficia futuros: qs
expectatio iudicij remorat̄.Quintus ceteras res cōſilio etiā vbi acciderint
corrigi poſſe:hoc niſi puideat ne accidat:fruſtra auxilia implorari oſtendit
Sextus voluntario facinori haud venia cōtribuenda:impudentie vero non
nunq̧ cōcedendā cōmemorat.Septimus.maleficiū rerū crudele tyrānicū
vi ⁊ manu geſtum ab equo ⁊ iure alienū oſtendit. Octauus. non vulgare
eſſe maleficiū:ſed ſingulare:immaniſſimū a Barbaris ⁊ beſtijs remotiſſimū
perpetratū in amicos.maiores natu.mortuos.Item in eos qui neq̧ alie-
num ledere:neq̧ ſe defendere potuerunt manifeſtat. Nonus comparatione.
hoc atrocius demonſtrat. Decimus.que ante rem ⁊ in negocio acta ſunt.
queq̧ ꝯſequi ſoleant:acriter ⁊ criminoſe exponit.Undecimus.iniurie con-
tumeliā iunctam oſtendit.Duodecimus eſt quo auditores vt iniurias ſu-
as ad res noſtras referant oramus.Tredecimus eſt quo ea que nobis ac-
ciderint etiam inimicis noſtris indigna videri. Di. Hęc perpulchra ſimt
atq̧ iucunda vident̄. Sed quādo enumeratione cōcludemus dicas? Ma.
Cum in ordine colligimus quibus de rebus verba fecerimus a ꝯfirmatiōe
initium ſumentes.Fit aūt vt artificij ſuſpitionem:tedium ⁊ ſatietatē effu
gere: ⁊ memoriā referre videamur. Di. Conqſitione autem quādo in con
cluſione.vtemur? Ma. Cū auditoris animū ad miſeriam mouem⁹. Hoc
aūt multipl'r fieri poteſt.Primo.ſi quibus in bonis fuerimus:⁊ quibus in
malis nūc ſimus:oſtendim⁹.Scḋo que nobis incōmoda futura: niſi cau-
ſam obtinuerimus enumeram⁹. Tertio carptim vnūqḋq̧ deploram⁹ in-
cōmodum. Quarto p̄ter ſpem in miſerijs nos demonſtrabim⁹ eſſe. Quin-
to p̄ter merita nos in luct⁹ poſitos apiemus.Sexto nos ſub eor poteſtate q̄
rū mīās captabim⁹ ſubijciem⁹. Septio inopia.infirmitas.⁊ ſolitudo demō
ſtrat̄. Octauo nos parentū ſolitudine:aut reipublice cā: nō nr̄a calamitate
dolere dicim⁹.Nono liberorū aut parentū:aut ſepeliēdi corpis ſui ſit cōmēda
tio.Decio diſiūctio ei⁹ cū q̄ libētiſſime vixerim⁹ deplorat̄.Undecio q ab his

q̈b' minime ꝯuenit male tractamur: edocemus. Duodecio miſcđ iam nr̄aꝫ q̈ in alios vſi ſumus oñdemus. Tredecio contra fatū ⁊ nos diu in malis fuiſſe cōq̄rimur. Decio q̄rto animū nr̄m forte ⁊ paciente icōmodoꝝ futuꝝ oñdem': cōmiſeratioꝫ aūt breuē eē nec̄e eſt: nihil eñ lachrymа citi' areſcit

De diſpoſitione Ca. XII. Ma.

Rebus itaq̄ ad ordem ptinentib' vt pmittit̄ inuētis: eas rite collocare operepciū eſt. Hoc aūt ſcđa pte ordis quā diſpoſitionē diximus cōpletur. Di. Diſpoſitio igit̄ eſt pars ordis q̄ inuēta incerta loca digerit atq̄ locat. Ma. Sane deſinis ca aūt duplex eſt. altera. eñ ab arte pficiſcit̄. altera aūt ad tps. accōmodat̄. Ea q̄ ab arte pfecta eſt: ptiū ordis ⁊ argumentatiōis ordinē ſeruat lege exordij: ⁊ ſingula q̄q̄ mēbra ex pceptiōe collocat. Que vo ad tps accōmodata eſt. a narratiōe vel firma aliq̄ argumētatione principiū ordis cōſtituit. Vñ ſi cauſa noſtra magnā videt̄ hr̄e difficultatē. vt nemo equo aīo principiū audire poſſit: a narratione incipiendū eſt. Si vo narratio paꝝ pbabilis eſt ab aliqua firma argumentatiōe exordiamur. nōnunq̄ vo a literaꝝ aliquaꝝ recitatione incipiemus. His aūt cōmutationibus vti non oportet niſi cauſa aut res poſtulet.

Diſ… ſcđa… nis. rical…

De Elocutione Ca. XIII. Ma.

Hactenus inuentiōis ⁊ diſpoſitiōis partes tractauimus. nunc ordo pmiſſoꝝ expoſtulat. vt reliquas orōīs ptes pcurramus. quarū prima Elocutio eſt. Di. Quid eſt Elocutio? Ma. Que inuenta atq̄ diſpoſita venuſte exornat. Huius triplex eſt forma. ſ. Grauis q̄ pro materie ⁊ pſonarum qualitate cōplectit̄ vba rara. ⁊ ſnīas auctoritatib' inuiſas. Grauj etiā ⁊ magna cōſtructiōe vtit̄. Mediocris aūt humilior a: nō tū infima niſe rit. Attenuata vo vſq̄ ad purū atq̄ quotidianū ſermonē deſcendit: ornatū tū nō aūt exquiſitū. habet ⁊ ſnīas eruditas nō tū raras. vitia his proxima ſunt vitanda ſunt. Hec aūt fugere poterimus ſi ad orationis elegantiā compoſitionem atq̄ dignitatē reſpexerimus.

Eloc… tertia… onis…

Grau… Medi… Atten…

De elegantia Ca. XIIII. Di.

Elegantiā quā dicis? Ma. Eam q̄ vnumq̄dq̄ pure ⁊ latine effert. Hec in latinitatē ⁊ explanationē diſtributa eſt. Latinitas aūt in ſermone platiōe ſcriptura purā ⁊ ꝯgruā ſuat ſtructurā Barbariſmū ⁊ Solceciſmū vitat. Eſt aūt Solceciſmus cū verbū ſequēs ſupiori nō accōmodat̄. Barbariſmus vo cū vba vitioſe pferunt̄. Di. Explanationē quā intelligis? Ma. Que vbis vſitatis ⁊ ꝓprijs aptā ⁊ dilucidā reddit ordem. Sunt aūt vba vſitata (ne erres) ea que quotidiana ⁊ trita doctoris ꝯſuetudine noſcunt̄. Propria vero ea ſunt que illius rei verba ſunt: aut eſſe poſſunt de qua loquimur.

Elega… Latini… Solec… Barba…

De compōe lrārū ſyllabaꝝ dictionū. Ca. XV. Di.

Quid eſt ordis compoſitio? Ma. Eſt lepida dictionū cōplexio. quæ hyatu ⁊ traiectiōe ptes elocutiōis cēliter diſtinctas ordine ⁊ iunctura ꝯpolitas facit. Hāc ſeruam' us ſi in cūctis ſeueritatē cōcinnitatēq̄ tenemus. Q̄dquidem facile fieri poteſt ſi literas ſyllabas dictiōes ⁊ orōes ꝯſiderabimus. Literas inquā: ſi dictiōem alteram a vocali incipientē. in quā pcedens terminata eſt: euitabim'. Etiā ⁊ ſonora: ſi mul

Explan… Compo… oration…

BOUND BY W. PRATT

De partibus orõis rhetorices

totiens repetita diſſona eſt. Syllabaꝫ ſi ſitibus cõcurrentibꝫ a ſe incipienti
bus aut terminatis. aut altera ab ea in q̃ prior terminata fuerit originẽ tra
hente: non vtimur. ſilr̃ vitio dat̃ breues ſyllabas cõtinuare quã plures ſilr̃
ꝛ lõgas: dictiões aũt cũ ſilr̃ cõcurrẽtes ꝛ ſibi obuiãtes euitamus ꝛ ſuauibꝰ
ſonoris electis aptis cõmodis ꝓprijs cõcinnis nõ nimis prolixis ſuſpenſis
ſed ſplendentibꝫ ꝛ ſignificatiuis. que legentiũ audientiũue aures atq̧ alios
mulcere poſſint vtimur.

De compõe partium orationis Ca. XVI. Ma.

In orationũ ꝓ compõe plura conſideranda erũt p̃cepta
q̃ ab oratoribꝫ ſum̃o ſtudio obſeruata dinoſcunt̃. E q
bus (q̃m multa ſunt) ꝑpauca hic pandã. Et ſit hoc primũ
Appoſitũ in p̃ncipio ſuppoſitũ in medio. ꝛ ꝟbum i fine or
natiſſime ponit̃. vt Charthaginẽ Scipio Aphricanus dele Precepta
uit. Scdm. Propões ꝑpulchre inter adiectiuũ ꝛ ſubſtanti
uum interijciunt̃. Silr̃. relm̃ cum ſuo ꝟbo ꝑ modum pa
renthesis. vt ornatiſſimo in loco landanda eſt (quę a paucis colit̃) parſimo
nia. Tertiũ ſilr̃ gtũs ornate interponit̃. vt cõſtantes multũ animi. Quartũ
Adiectiuũ venuſte p̃cedit ſubſtantiuũ vt optima virtus ꝛ obliquus ſuũ re
ctorem. vt locoꝝ longinquitas. Attamen adiectiuũ a ſubſtantiuo nõ nimiũ
elongetur Quintũ. Negatiua dictio apte in calce orõis ponit̃. vt preſtãtiorẽ
te vidi neminem. Sextum. Ornatiſſime pro gerũdijs gerundiuis vtimur no
minibus. vt gerendoꝝ belloꝝ gratia veni. ꝛ non gratia gerendi bella veni.
Septimũ. Prepoſitio perlepide poſitiuo additur ſi exaugere velimus nomi
na. vt perbeati perpulchra. Sic ſuplatiuis multo: facile lõge ꝛ quã aduerbia
ꝑponimus vt longe doctiſſimus. egit q̃ꝫmaximas gratias. q̃ꝫ etiam poſiti
uis vt q̃ꝫdocti. ſimiliter perq̧. vt perq̧ doctus es. Sic ꝛ cõparatiuis multo ꝛ
longe ornate ꝑponunt̃ vt longe doctior multo ſapientior. Multum paucũ
modicum paululum tm̃ quantũ poſitiuo adiungenda ſunt. multũ doctus
nõ aũt multo doctus. Octauum cũ pariter ſe habuerint. vtriq̧ tm̃ dictionẽ
aut ꝛ cõiunctionẽ ꝑponimus. vt petrus tum doctrina tum virtute clarꝰ eſt
vel petrus ꝛ doctrina ꝛ virtute clarus eſt. Si vero duo ſe nõ equaliter: ſed v
num minus aliud maius ſit. minus in primo loco ponimus ꝛ ei cum ꝑpo
nimus: maius vero poſterius locandum ꝛ ei tum dictio ꝑponenda eſt. vt
amo petrum cum ob doctrinam eius tum ob virtutẽ. Nonũ. Ornate adie
ctiuum in ſaſtantiuũ neutri gñis ꝛ ſubſtm̃ in gtm̃ mutatur. vt multũ lau
dis id ẽ multa laus. ſic ꝛ hec aduerbia locamꝰ vt parũ laudis idẽ pua laus
ſatis virũ ideſt ſufficientes viros. Decimum. Ultima ſupina ornate ꝓ gerũ
dijs acti caſus ponũtur. vt difficile creditu. i. difficile ad credẽdũ Undecimũ
Lepide aduerbiũ ſuplatiui gradus poſitiuo additur atq̧ eũdẽ ſuplatiuũ te
neri facit vt maxie memorabile facinus. i. memoratiſſimũ facinus. Sic ad
modũ ꝛ ĩprimis poſitiuis adiuncta vim ferme eandem retinẽt vt admodũ
memorabile facinus. ĩprimis rarum genus hoĩm. ꝛc̃. Duodecimũ. Cõparatiuꝰ
pulchre ꝓ poſitiuo ponit̃. vt. Joannes in me inuehitur vehementius i. vehe
menter. Multi etiã cõparatiuũ aut ſuplatiuũ orationi ſplendorẽ afferunt: vt
neq̧ ſtudioſiorem operam neq̧ vigilantiorẽ curã in alio facile inuenies ꝛc̃
Tredecimũ. Subiunctiuus ꝓ indicatiuo nõ inornate ponit̃. vt velim ꝓ vo
lo. Decimumquartũ. Hec dictio perq̧ ſplendide poſitiuis additur vt perq̧
doctus phũs. Decimũ quintũ. Frequentatiua ꝟba ꝓ primitiuis nõ incon
uenienter poni ſolent. vt coniecto ꝓ conijcio. Sedecimum. Dictio aduerſati
ua quamq̧ indicatiuo iuncta orationem multũ exornat vt q̃ꝫq̧ te ante

hac diligebam.nunc tñ ob ſingularē virtutē vehemēter admiror.Decimū ſeptimum.Non ſolū:nō mō:apte locant ſi veñetiā ſedetiā:verum quoqꝫ ſe quantur:vt nō mō doctus eſ veñetiam honeſtus.Similiter tam ꝛ q̄ꝫ ſibi reſpondent.vt tam chara mihi patria eſt q̄ꝫ tibi vita iucūda.Decimū octa uum.Oratio infinita ornate pro indicatiua vel etiam ſubiunctiua ponitur vt volo te ad me ſcribere.ideſt volo vt ad me ſcribas.ſcio te legere ꝛ nō ſcio ꝙ tu legis.Nā ꝙ ꝛ vt orōem incultā reddunt.Futurū infinitiui verbi paſſiui ornate ponitur pro p̄ſenti eiuſdem.vt lectū iri pro legi.Decimum nonum. Prepoſitio que nomini adiungitur pulchrius verbo additur.vt adeo te or natius dicitur q̄ꝫ eo ad te.Vigeſimū.Perinde:ornatiſſime poſtulat poſt ſe. ac vel atqꝫ vel acſi ꝛ valet totum idē ꝙ tanq̄ꝫ.vt cherea perinde ac foret eu nuchus.Camillus p̄inde atqꝫ olim ſapientiſſimus.Sic ꝛ tantiſp ornate dū poſt ſe recipit.vt tantiſp meum dici te volo dum ꝙ te dignum eſt facias.ſi militer atqꝫ pro q̄ꝫ lepide ponitur.vt aliter feci atqꝫ tu itelligis.Vigeſimū primum.Peruenuſtam orationem reddit.ſi inter:gerundijs acti caſus p̄po natur:ꝛ verbum indicatiui imp̄fecti tp̄is ſequat̄.vt inter cenandum loque bar hec.Et gerundia in do:cū vel ſine p̄poſitione ornate ponuntur.vt in audiendo:promptus cōſulendo peritus.Vigeſimū ſecundū.Nō illepide ne gatio poſitiuo adiungit̄ ad contrarij poſitiui ſ̄cationē deſignandā.vt haud improbus ideſt probus.Vigeſimū tertium ablatiui p̄uenuſtam reddūt ora tionem maxime dū tp̄s ſignificare voluerimus.vt Octauiano regnāte pax fuit.Scipiōe cōſule Poeni deuicti ſunt.ꝛc̄.Vigeſimū q̄rtum pronomina poſ ſeſſiua ornate ſequuntur gt̄i.vt mea cauſa fuit ꝛ alioꝝ.Vigeſimūquintum Ornatiſſime impatiuis ſubiunctiua v̄ba iungunt̄.vt Cura vt vir ſis.labo ra vt excellas.Vigeſimū ſextum.Dum patriam aut genus alicuius deſigna re placuerit nomen gentile aut patriam effingimus.vt Athenienſis ſum: ꝛ non de Athenis.Grecus ſum ꝛ non de Grecia.Vigeſimum ſeptimum p̄ue nuſte dictio eadē repetitur.vt etiā atqꝫ etiā.iterum atqꝫ iterū.ꝛc̄.Vigeſimū octauum.Dictio negatiua ornatiſſime in fine ponit̄ ſimiliter ſuplatiuus vt doctiorem te vidi neminem.De ſuplatiuo.vt ceteroꝝ te iudico prudentiſ ſimum.Vigeſimum nonum.Peruenuſte p̄ticipia acti aut abl̄ti caſus loco infinitiuoꝝ ſuorum ponuntur.vt inuētum tibi curabo ꝛ adductum pāphi lum.Priuſq̄ꝫ incipias cōſulto.ꝛ c̄.Itēq̄ infinitiuus pro p̄terito imp̄fecto poni reperit̄.vt mordere promordebam.Trigeſimū.Prepoſitio poſtponit̄.ſuo ca ſui.vt veſtro ab ouili.Preponitur etiam gt̄ō.vt de Ciceronis eloquētia.Itē is ea id ſemp āntecedere dūt.vt is quē admiror doctus eſt.ꝛc̄.Hec ꝛ alia ſūt cōpoſitionis p̄cepta:q̄ ſingula proſequi longiorem requirerent tractatum. Hec in p̄ſūti ſufficiant:ad dignitatē ſtilum vertamus.

De dignitate orationis ꝛ verboꝝ exorna tionibus. Ca.XVII. Di.

Quid dicis ordis dignitatē? Ma. Illud qd ordem ornatam: ꝛ v̄boꝝ ꝛ ſnīaꝝ decore diſtinctam reddit.Primū itaqꝫ libeat de verboꝝ exornationibus diſſerere.quaꝝ prima eſt que in v̄bi ite ratione conſiſtit:ea in octo p̄tes diſtributa eſt.Prima eſt Repe titio:q̄ v̄bū in principio poſitū iterat.vt qs Helenam rapuit qs igne ferroqꝫ Troiam deleuit:Alexāder profecto q̄ Paris dicit.Scd̄a Cōuerſio:q̄ v̄bū in fine locatū repetit.vt Italiā Hānibal armis vicit:ingenio vicit:dolo vicit.Tertia Cōplexio:q̄ principio ꝛ fine v̄bū iterat

vt quis Carthaginē deleuit. populus Romanus? Quis numantiã euertit
populus Romanus ⁊c. Quarta Traductio: que eandē dictionē vage collo-
cat. vt q nihil habet in vita iucundius vita. is cũ virtute vitã nõ potest du-
cere. Quinta Conduplicatio: que est vnius aut pluriũ iteratio. cum ratiõe
amplificationis. vt virtutē Scipionis: virtute ⁊ huiꝰ vrbis gl'iam cõmemo-
rat. Sexta Cõmutatio vt cum due diuerse ſñie ita efferunt. vt a priori po-
ſterior: cõtraria priori pficiſcat. vt eſſe oportet vt viuas. nõ viuere vt edas. Se-
ptima. que nõ ante ad conſequēs verbũ deſcendit: ꝙ̃ ad ſuperius reuerſuꝫ
eſt. vt Si hoſtibus quodlibet. licet. ⁊ quod licet poſſunt ⁊ qꝺ poſſunt audēt
⁊ quod audent faciunt: nihil laudis aut glorie noſtris ciuibus relictũ eſt.
Octaua Subiectio: vt cum qd aduerſum nos aduerſarioſq̃ noſtros dici
poteſt querimꝰ: ⁊ qꝺ dici oportet ſic ſubijcimꝰ. vt cum ne tu hoīem eſſe pu-
tas. qui ſi hõ eſſet. nunq̃ ſic hoīs vitã inſectaret.

De aliis verborũ exornationibꝰ qbus non eadē verba ſed verborũ vis effertur Cap. XVIII. Ma.

PReter dictas alie ſunt verboꝝ exornationes: quibꝫ non ṽba
ſed ṽboꝝ vis effert: ⁊ verbũ ꝓ verbo ponit. Di. Que ſunt?
Ma. Septem ſunt. Quaꝝ pͥma agnoiatio dicit. q diſſilibus
ṽbis ſilia ṽba accõmodat. vt diligere opꝫ quē velis diligere
Scḋa Interpretatio: q iterat ſed nõ verbũ reintegrat. vt Ma-
nia radicitus deiecit: muros ſolo equauit: parietes huiꝰ vrbis
funditus euertit: Tertia Nominatio. Que minus idoneo ṽbo noiat: id cu-
ius nois non recordat. mugire. hinnire. vagire. Quarta Pronominatio. que
cognoie quodã extraneo dicit. qꝺ ſuo noie appellare licet. vt ſi qs graccos
aphricani nepotes nominet. Quinta denoiatio q a rebus ppinquis ⁊ fini-
timis trahit orõis originē: que pot intelligi res nõ ſuo noie appellata. vt
ꝓ libero vinũ. ꝓ cerere frugem. Sexta abuſio. que ꝓ certo ⁊ ppinquo ſili
vtitur. vt ꝓ orare obſecrare ſupplicare. Septima Tranſlatio. cum verbum
transfert ad rem ex alia re. qꝺ ſilitudine recte videbit poſſe fieri. vt vrbem
ſubito extinxit. qtidianis nuptijs delectat.

De exornationibꝰ verborũ ſimplicioribꝰ. Ca. XIX. Mag.

SUnt preterea alie verboꝝ exornationes magis ſimplices ⁊ ſine
ſniaꝝ admixtione. Di. Et has enũera. Ma. Prima Ar-
ticulus eſt. q ſingula ṽba ceſa orõne diſtinguit. vt armis. cru-
ore. cadaueribꝫ. ⁊ luctu oĩa cõplent. Scḋa. Siliter cadens
q ſilibus caſibꝫ orõnem diſſimiliũ interpoſitione exornat. vt
virtutē iugit explorantē: ⁊ aſſiduis curis extollendã laudas.
Tertia Siliter deſinens q verboꝝ exitus ſiles diſſimili medio habet. viuis
gl'ioſe. delinqs ambitioſe. Quarta Correctio. q tollit qꝺ dictuꝫ eſt. ⁊ ꝓ eo qꝺ
magis idoneũ videt reponit. vt niſi hec feciſſet. Imo excogitaſſet nullã ſuſpi-
tionē incidiſſet. Quĩta Diſtinctio. q diuerſa diuerſo ṽbo ɔcludit. vt ppl'us
Romanꝰ Numãtiã deleuit. Carthaginē euertit. Corinthũ diſiecit. Sexta Cõ-
iũctio. q īterpoſitõe ṽbi ſupiores ptes ɔplectit ⁊ iferiores. vt forme dignitas ⁊
morbo defloreſcit ⁊ vetuſtate. Septĩa Adiũctio. q aut pncipio. aut fine ṽbũ
collocat vt ɔfloreſcit forme digtas. aut morbo. aut vetuſt. Octa. Diſſolutio. q

ꝯiunctionibꝰ verboꝝ e medio ſublatis: ſeparatis ꝑtibus effert. vt clamoribus vlulatibꝰ edes reſonabāt. Nona Circuitio. q̄ rem ſimplicē aſſumptā circū‑ſcribit elocutiōe. vt Scipionis ꝟtus: carthaginis opes ꝯfregit. Decima trāſ‑greſſio q̄ verboꝝ ordinē ꝑturbat. vt inſtabilis in iſtis plurimū fortuna va‑luit: ⁊ feciſſe tuū meo ꝑ anīo. Undecia Suꝑlatio. q̄ augēdi minuēdiue cau‑ſa ſuꝑat veritatē. vt ꝑmo melle dulcior. Duodecima Intellectio. cū res tota de ꝑua ꝑte: ant de toto ꝑs cognoſcit. vt Nō ille te tibie nuptiales a ſcelere arcebāt: ⁊ oſtentas mihi diuitias tuas. cū anulū tantū oſtētas. Tredecima Permutatio. q̄ aliud ꝟbis. aliud ſnīa demōſtrat. vt lupus eſt in fabulā.

De reliquis verboꝝ exornationibꝰ ſententijs admixtis. Capitu. XX. Diſcipulus

Sunt ne alie verboꝝ exornationes? Ma. Sunt. Di. Que? Ma. Prima eſt Rōcinatio: cū ipſi a nobis rōnem expoſcimus. vt in re militari ⁊ medica itidē res ſe hꝫ. Quo eñi dux ⁊ medicꝰ antiqor: eo melior credit. vſu eñi ⁊ cōſuetudine q̄ victoriā ⁊ ſalutē parere ꝯſueuerūt: optime norūt. Scđa Sententia. q̄ q̄d ſit vel eſſe opteat in vita expoſitione ſola vł rōne ⁊ ꝓbatione oñdit. vt domat oīa ꝟtus. Tertio ꝯtrīū q̄ alterū ex ꝯrijs facile ꝯfirmat. vt q̄ nō ſuis hoſtibꝰ quā alienis ꝯſulet? Quarta Membrū. q̄ res breuit abſoluit: ſine ſue ꝑfectione: dum alio mēbro orōnis excipiat. vt tuis dolor alienis ludibrio. tibi ipi dedecori eras. Quinta Cōplexio q̄ periodꝰ ⁊ ꝯtinuatio appellat. ⁊ hec ſnīe ꝯria. Cōcluſioni tm̄ cōuenit. Sexta Cōpar. q̄ mēbra habet pari ſaltē q̄titate ſyllabaꝝ. vt audacia Alexādro glīaꝫ cōparauit. Sapīa Platoni laudē vēdicauit. Septima Exclamatio. q̄ reꝝ atq̄ ꝑſonaꝝ cōmemorationē faciēs in ꝑcationē doloris ꝓrumpit. vt ſi pietes nr̄e loqui poſſent: vel reddere viuas voces: ptes nr̄os intueremur dicerent vrbē ꝑclarā: nos oppreſſam ⁊ ſubiectā reddidiſſe. Octaua Cōtentio. q̄ ꝯrijs ſentētijs orōnem cōficit. vt ꝟtus ⁊ lr̄aꝝ ſtudia ⁊ difficiles aditus. exitus ꝟo facillimos afferſit. Nona Occupatio. cū dicimꝰ nos ꝑterire aut nō ſcire id qđ maxie dicimꝰ. Et hac quidē vtemur: cum res plana fieri nō pōt vel ad nos nō ꝑtinet: vel dū longā rē effugere volumꝰ. vt Nō dicā te vrbis noſtre hoſtē: oēs bonos inſectari. ⁊ qđ ad te nō attinet ꝑteribo. templū te religionis ⁊ vrbis huiꝰ caput euertiſſe. Decima Permiſſio. q̄ eſt cū dicendo aliquā rē toti alicuiꝰ volūtati cōdonare videmur. vt cū ꝑter aīam nihil mihi relictū ſit vos ea vti libet vtamini. Undecima Dubitatio. cū q̄rere videt orator q̄d potius aut potiſſimū dicat. vt Quē te moribꝰ tuis appellē: neſcio. Duodecima Definitio. q̄ ꝓprias alicuiꝰ cōplectit ꝑtātes. vt ita eſt morꝰ anī ad exercenda pctā. Tredecima Tranſitio. q̄ cum breuit oñdit q̄d dictū ſit: paucis etiā qđ ſequit demōſtrat. vt Meā in Ceſarē fidē cognoſcit. nūc eiꝰ me ꝑſidiā accipite. Decimaq̄rta Expeditio. q̄ rōnibꝰ plibus enūeratis: quibus aliqua res fieri vel nō fieri potuerit. cetere tollunt ⁊ vna relinquit. vt cū dicimꝰ. Sic nec ab vxore. q̄ amore ⁊ pietate ꝑpedita erat. nec a nepote q̄ in bello interfectꝰ domi a crudeliſſimo liberto mors illata eſt. Decimaq̄nta: cum. ſ. dictis aliq̄bus. qđ conceptū eſt in anīo audientiū relinquit vt tu hec audes dicere. q̄ nuper aliene domui nō auſim dicere. Et tantū de verboꝝ exornationibꝰ. Ad ſnīaꝝ colores nos cōuertamus.

De ſententiaꝝ coloribus Capi. XXI. Di.

De partibus orõis rhetorices

Qui aut quot ſunt ſniaꝝ colores? Ma. Multi. Prim⁹ eſt Di-
ſtributio: cũ res ꝛ pſone ꝛ negotia certa diſpartiunť. vt qb⁹
reip. honoꝛ cure eſt: pmia virtuti penas ſcelerib⁹ rependite.
Secũdus Licentia: cũ apud eos quos v reri debemus aliqd
audacius pferimus. vt Vos omibus ludibrio eſtis: nõ ab re
cẽſeo eẽ ſiuiti patres. eę: ex ne quẽ tñ offendamus ſtatim ſub
iũgimus. Hic ſapientiã vr̃am inquiro. Tertius diminutio. cũ aliquid ineſſe
nobis nature fortune vel induſtrie rõe leuamus. vt cũ ſumma vigilãtia foꝛ
tune cõmoda: animiq bona a parentibus mihi ꝛ natura condonata. cõſe
qui ꝛ tueri ſtuduerim mediocriter. ex his ne nimiũ dixerim cõſequut⁹ ſum
Quartus. Deſcriptio q rerꝝ conſequentiũ pſpicua ꝛ lucida cũ grauitate cõ
tinet expoſitionẽ. vt iſtũ iudices capitis reũ dãnabitis. vt fera truculẽta vos
ciues vt tunco deuaſtabit. quare iudices ſaluti oĩm ꝛ honori nr̃o cõſulite.
Quintus eſt Diuiſio. q rẽ ſemouens ab re vtraq abſoluit ſubiecta ratione
vt due ſunt res q poſſunt hoĩes ad turpe cõpendiũ cõmouere. inopia aut
auaritia. Te auarum in fraterna diuiſione cognouimus inopem atq egen-
tem tunc videmus. Sextus Frequẽtatio. cũ res i tota cauſa diſperſe in vnũ
locũ coguntur: quo grauior acrior ꝛ criminoſior oratio ſit. vt Hũc iudices libe
rare cupitis. improbus eſt petulãs impius ſupbus ꝛ intollerabilis eſt. Se-
ptimus. Expoſitio. cũ in eodem loco manemus ꝛ aliud ꝛ aliud dicere vide
mur: eandem tñ rem aut de eadem re cõmemorando pronunciãdo vel tra-
ctãdo dicimus: p eadẽ re pponem rõnem comprobationem ſrium ſimile
ac concluſionem afferẽtes. Octauus. Cõmoratio. cũ in eodem loco firmiſſi-
mo quo tota res cõtinetur immoramur diutius ꝛ in eodẽ loco redimus ſepi⁹ ꝛ
co vti maxime conuenit qm̃ boni oratoris propriũ eſt. Nonus Similitudo
que traducit ad rem quampiã aliquid ex re diſpari ſimile. vt hyrundines
eſtiuo tpe preſto ſunt frigore pulſe recedunt. ita falſi amici ſereno tpe fortu
ne adueniũt ꝛ cũ hyemem infortunij viderint omnes recedũt. Decimus. Exẽ
plum ꝛ eſt alicu⁹ facti vel dicti cũ certi auctoris noĩe ppoſ. ꝛ eiſdẽ modis
quibus ſimilitudo ſumitur. Undecimus eſt Imago ꝛ eſt forme cũ forma qdam
ſimilitudine collatio laudis vel vituperationis cauſa facta. vt ibat in prelium
corpore tauri validiſſimi ꝛ impetu leonis. Item. tãq fera vrſa ꝛ immanis
draco ſerpit p forũ. Duodecimus Effictio: cũ facies corpis verbis deſcribitur
vt erecta fronte. ludibũdus oculis. aduncis naribus. ſparſo ore geſtit. Trede-
Notatio: cũ alicu⁹ natura certis deſcribitur ſignis. vt cũ glorioſi cuiuſdam
militis iactantia cõmemorat. Decimus quartus Sermocinatio cũ alicui⁹
pſone ſermo cũ rõe dignitatis attribuitur: quo ſenes parci ꝛ grauitate: ioco ꝛ
ludo iuuenes cõmemorant. Decimus quint⁹ Cõformatio cũ aliqua q nõ
adeſt pſona vel res muta ꝛ informis ꝛ eloquens ꝛ hñs formã introducitur. vt
ſi Scipio reuiuiſcat diceret. ego vrbi pacẽ peperi: vos bella cõcitaſtis. Deci-
muſſextus Demonſtratio: cũ res ita vbis exprimitur. vt geri negociũ ꝛ res ãte
oculos efferri videatur. vt tela emittunt gladijs cominus certãt. Decimuſſe-
ptimus Breuitas cũ res neceſſarijs tm̃ vbis expedite dicitur: ꝛ adhibẽda eſt
ſepe cũ tps nõ ſinit cõmorari. Decimus octauus Significatio. q plus in ſu
ſpitione relinqt q̃ poſitũ eſt in orõe. vt quieſce tu cui⁹ pater cubito ſe emũ
gere ſolebat. Item. Multi iacẽt Gracchi. Decimus nonus Contentio. qua cõ
traria referuntur in gñe. vt vos huius incõmodis lugetis: ille reipublice cala
mitate letatur. Hi ſunt colores qbus (etſi nõ omnib⁹ ſaltem aliquibus) vti de
bet orator pro neceſſitate cauſe. In his eñi tanq̃ in ornamentis elocutio-
nis noſtre ſuauitas ꝛ grauitas plurimũ conſiſtit: nũc aũt ad externas ora-

nis ꝑtes ſermo noſter accõmodabit:que nõ orõem ipſam.ſed aliquod ei ex trinſecũ.i.enũciationem ⁊ ordinem reſpiciunt.Et primũ de ꝓnunciatione poſtremo de memoria dicemus.

De Pronunciatione penultima parte orationis Rhetoricalis. Ca.XXII. Di.

QUid eſt Pronunciatio? Ma. Eſt verboꝝ digna ꝓlatio rebus ⁊ ſenſibus:moderatiõe vocis vultus ⁊ corꝑis accõmodata:nihil turbide barbareqꝫ ꝓferens:ſyllabaꝝ menſura ⁊ coꝝ legitimo accentu ſeruato. Di. Poſſunt ne huius dari ꝑcepta quibꝰ vitia ꝯtraria euitãtur? Ma. Poſſunt.Un imprimis maxie oris noſtri vitia emendanda ſunt. Di. Quo pacto? Ma. Ut lingua ⁊ ore magis ꝙ labijs ⁊ dentibus loquamur.apta ⁊ leui labioꝝ motu: nõ ꝓfuſis diſtentis proiectiſqꝫ rictibus vł inflatis ⁊ frendentibus faucibꝰ. Necqꝫ hiante vel anhelante ſpũrice imaniter vocis aut tortura labioꝝ cum ſibilo ⁊ ſtridore dentiũ.labia etiã lambere:aut mordere puerilis ĩeptie ſunt Supino nimis aut eleuato vultu vel defixis in terrã oculis:nec iclinata ceruice ⁊ dimiſſis ſupcilijs ꝓnuntiandũ eſt.Eradenda aũt prout ſermo depoſcit verecundia ⁊ emaſculãda frons eſt.Sic cũ vox ⁊ geſtus ſue ſemp cauſe conuenire videbũtur.Ipſa quoqꝫ oratio a proñũciante ſanguinẽ ⁊ vitã accipere cõprobat.Cũ itaqꝫ orõem inuentã atqꝫ (vt ꝑtermiſimus) ornatã ꝓnũciare voluerimus:principia depreſſa voce:que tñ poſſit audiri:dicemus: ne ledant arterie:ſi ãteqꝫ vox bene ꝑmulſa eſt acri clamore cõplent. Couenict aũt in ꝓgreſſu lõgis interuallis vti:his cũ ſpũs ⁊ vox recreat.Paulatim aũt ⁊ ſenſim ſpm̃ animũqꝫ intendere debemus.Deinde in narratione vocẽ eleuabimus mediocriter.In diuiſione augemus cõtinuũ clamorẽ obmittentes.Aliqñ tamen cõmutationes grate auditori ſunt:⁊ vocẽ conſeruãt.Uitare etiã oportet voces acutas:⁊ exclamationes nimis attenuatas.In clamore etiã ea vox vitanda eſt que illiberale quiddam habeat:⁊ ad mulicbris potius vocis orõem ꝙ ad virilẽ dignitatem dicendo accõmodata ſit. Cum ꝟo ſermo in dignitate eſt plenis faucibus:ſedatiſſima ⁊ depꝛeſſima voce vti couenict.Si aũt in demõſtratione ſermo eſt:voce paululũ attenuata crebris interuallis ⁊ diuiſionibus vti oportebit:vt ipſa pronũciatione eas quas demonſtramus res inſerere aĩo auditoris videamur.Cũ in narratiõe fuerit ſmo vocũ varietate opus.in quo quoqꝫ geſtũ ſit ita narrari videat.factũ celeriuſcule dicemus.Deinde mõ acriter.tũc celeriter.meſte.hilariter in oẽs ꝑtes nos cõmutabimus.ſi qua inciderint narratiõe dicta rogata vel reſponſa diligenter aduertamus vt oĩm pſonaꝝ ſenſus atqꝫ animos exprimamus.Sin erit ſermo in iocatione leuiter tremebunda voce cũ ꝑua ſcatione riſus ſine vlla ſuſpitiõe.nimie cachinnatiõis nobis agẽdũ eſt.Cũ aũt cõtendere optebit vocẽ iũgere ⁊ torqre ſonũ ⁊ celeriter clamore ꝟba cõficere nos decebit vt vim quãdam orõis vociferatio hr̃e poſſit.In clamatiõibꝫ aũt clariſſima voce ⁊ lõgo ſpacio vtemur.In cohortatiõe.voce attenuatiſſima leui ſono ⁊ cõbili ⁊ cõmutatiõibꝫ crebris vtendũ eſt.In cõqueſtiõe voce depꝛeſſa inclinata ſono.crebro ſpacio.lõgo interuallo.magnis ꝓnũciationibus orõ ꝓnũcianda eſt.Nõ aũt tm̃ oris vitia ſed ⁊ corꝑis quoqꝫ euitãda ſunt. Di. Et q̃ ſunt iſtec? Ma. Seruandus eſt in vultu pudor ⁊ acrimonia ⁊ in geſtu venuſtas ne aut hiſtriones aut viles operarij eſſe videamur.Cũ igit ſmo in dignitate eſt.ſtãtes in veſtigio leui dextre motu loq̃ oportebit hilaritate triſtitia mediocritate ⁊ grauitate vultus ad ſmonis ſententias accõ

modeſta. Si aūt in demōſtratione ſermo erit: paululū corpꝰ a ceruice demittamꝰ. Si in narratione vultꝰ quandā ſignificare decebit hilaritatē. Si ꝟó ꝯtendimꝰ brachio celeri mobili vultu: acri aſpectu vtemur. Itē applau ſione pedis dextri: ꝓiectione brachij: acri ⁊ defixo aſpectu vti oportebit. In ꝗ ſtione: feminco plangore ⁊ cōturbato vultu. In cohortatiōe: tardiori orone ⁊ miſerabili ⁊ humili geſtu vtendū eſt. Hec aūt quātū in aīo auditoris effi ciant: luce clariꝰ patet: nec ab euāgelizantibꝫ neglectui danda ſunt: ſi diui. Auguſtini inſtitutiōes: ꝗs in ꝗrto de doctrina chriſtiana tradidit libro. ſe ꝗ fas ē. q illic clariꝰ inſpiciāt. Di. Et ego ꝗdē facile dictis tuis aſſentio: ſed ne i his diutiꝰ imoratꝰ: reliꝗ ſilētio trāſeas: ad mēorie ꝑcepta. ſmonē ꝟtas

De Memoria. Capitulū. XXIII. Ma.

MEmorie nunc ordo ꝑcepta miniſtrat. Quā ꝗdem ꝯſtat eſſe naturalē ſed arte adiuuari poſſe nō dubiū eſt. Hec aūt ars breuibus ꝑceptis ſed magna exercitatione formatꝰ. Di. Precepta tradas exercitatione ego adijciā. Ma. Memorare volens. locos: imagines earundē ordinē diſpoſitione atqꝫ collatione habeat neceſſe ea. Loca quidē quibꝰ id cuiꝰ reminiſci voluerit veluti charte inſcribat. Imagines ⁊ earundē diſpoſitionē ⁊ collationē ꝗbus ſeu literis inſcribat. Ordinē ꝟo vt qđ primū poſteriuſue ꝓnunciare voluerit: diſtinctum inueniat. Di. Unde aūt ⁊ ꝗles aſſumēdi ſunt loci ⁊ imagines? Ma. Ut i confuſione huiꝰ rei poſtergata locū: imagines: atqꝫ earundē ordinē inconfuſum literis viginti cōplectamur: ſeruato earundē ordine naturali. vt a b c d e f g h ⁊c. Harū quelibet ꝗnqꝫ cōtineat dictiones ſcđm numerū ⁊ ordinē vocaliū. que ſunt a e i o u. In prima ſyllaba ſi dictio a cōſonante incipiat. aut in ſcđa ſyllaba: ſi a vocali initiū ſumat. in his tanqꝫ in locis ſingule imagines a ſingulis ſyllabis incipientes ꝯquieſcunt. Imagines aūt ſūt que ꝑ has dictiones ſcant. In quibuſdā vero literis aſſumunt nōnulla nomina vulgaria: eo ꝙ latine ab his lr̄is incipiētia (⁊ inſignes) aliquas imagines ſcantia facile reperiri nō poſſent. Accipit ſilr̄ quultos ꝓ cuſtos. Quas omnes cum ordine quo poſite ſunt: memorię cōmendauerimꝰ: ea quoꝝ reminiſci placuerit hꝰ pacto inſcribamꝰ: vt eaꝝ cōparationes cum ꝓprietate imaginis cui inſcribenda ſunt ꝯſideremus. Ueluti ſi regulas Juris in ſexto decretaliū ordine quo poſite ſunt recitare quis voluerit: imaginibꝫ eas inſcribat eo modo. Primā que eſt beneficiū eccleſiaſticū ſine inſtitutiōe canonica nō poteſt obtineri. prime imagini aſſignabimꝰ. cōſiderantes aliquem abbatem nobis notū non canonice inſtitutū ⁊c. Scđam que eſt. Poſſeſſor male fidei vllo tpe non ꝑſcribit. ſcđe imagini inſeremꝰ. imaginādo aprum quē cum lupus de ſpelunca ſua exire iuberet: obiecit poſſeſſionē reſpondit aper poſſeſſorem male fidei ⁊c. Pari modo ſequentes ſequentibꝫ inſcribamus imaginibꝰ. Multo autē ꝓ hac re ꝯſequenda adiumēto nobis erit: ſi humanaꝝ rerum experientiā ⁊ naturas nouerimꝰ. Sic eīm facile nobis cōparationes occurrere poſſunt: que ꝑ contrariū ſumende ſunt. Oportet eīm non tantū firma: verūetiam celeri compꝛehenſione res naturaſqꝫ ꝑcipere. ⁊ vt coꝝ que a nobis inuenta ſunt. ⁊ que ab aduerſario in agendo contractata ſunt reminiſci poſſimus. Alia de cōfortatiōne memorie naturalis in tractato noſtro ſpeciali latius videri poſſunt. Te autē aſſiduo exercitio, iugi labore ⁊ vigilanti ſtudio his intentum eſſe oportet. ſi fructum conſequi volueris. Uale. ⁊ quę alia ex me volueris pete.

Exemplū memorie artificialis aut localis

Exemplū memorie localis.

	1			2 3		4	5	
A	Abbas			Aper Apis		Aſtrologus	Agnus	
	Abbas			Huggengauch			Officialis	70
	Aper			Hartmanus			Ortographus	
A	Apis	5		Helias			Ortulanus	
	Aſtrologus		H	Hypocrita	40		Papa	
	Agnus			Hoſtiarius			Pedagogus	
	Balneator			Huſſis		P	Pictor	75
	Begutta			Janitor			Poeta	
B	Binder	10		Jeſus			Pugillator	
	Bombard'		J	Juſtitor	45		Quadriga	
	Buccinator			Job			Queſtor	
	Cardinalis			Judas		Q	Quiſculari'	80
	Ceſar			kantengieſſer			Quolibeta. ius	
C	Chirurgic'	15		kegler			Quuſtos	
	Cocus			kurſner	50		Raptor	
	Curſor		K	Kolor			Regina	
	Dapifer			Kupfferſchmid		R	Ribald'	85
	Demon			Lapicida			Rotarius	
D	Dimicator	20		Legatus			Ruſticus	
	Doctor		L	Lictor	55		Sacerdos	
	Dux			Lotrix			Serpens	
	Edax			Luſor		S	Simeon	90
	Elephas			Macellarius			Socrates	
E	Epūs	25		Medicus			Sutor	
	Exorciſta		M	Miles	60		Tabernarius	
	Equus			Molendinari'			Teſtator	
	Faber			Muſicus		T	Tyrannus	95
	Feniſeca ein meder			Nauta			Tornator	
F	Figul'	30		Necromanticus			Tutor	
	Foſſator		N	Niſifer	65		Vates	
	Furnarius			Notarius			Venator	
	Gardianus			Nummularius		V	Vigil	100
G	Geomiter		O	Orator			Vogler	
	Gigas	35		Obſtetrix			Vulpes	
	Goucler.							

Artificioſa Memoria clariſſimi iuris vtriuſqꝫ

Doctoris ⁊ militis domini Petri Reuennatis: perquā facillime multa memoriter teneri ⁊ dici poſſunt. Et cum vna ſit Fenix: ⁊ vnus ſit iſte libell'. Libello ſi placet Fenicis nomen imponatis.

Incipiunt Concluſiones artis Memoratiue.

p Rima erit concluſio. Ars iſta cōſtat ex locis ⁊ imaginib'. Loca ſunt tanq̄ʒ charta ſeu alia materia in qua ſcribim'. Imagines ſūt ſimilitudines reꝝ quas memorie volum' cōmendare. Chartā ergo primū parabo in q̄ imagines collocare poſſumus. Et p fundamēto hui' prime cōcluſionis q̄tuor regulas pono. Prima eſt

hęc.Loca ſunt feneſtre in parietibꝫ poſitę colũne anguli:ꝛ q̄ his ſimilia ſũt
Secũda ſit regula.Loca nõ dñt eſſe nimiũ vicina aut nimiũ diſtantia.Vici
nitas eñ vt exptus ſum in appoſitiõe rꝝ memoriã naturalẽ conturbat.Si
aũt nimiũ diſtarent loca cũ mora q̄ locis tradita ſunt recitamus.Medio-
criter ergo diſtabũt:ſi vno ab altero q̃nqꝫ vel ſex pedibꝫ diſtabit.Tertia ſit
regula vana (vt mihi videẗ) eſt opinio dicentiũ loca fieri non debere.vbi
ſit hoim frequentia.vt in eccl'ijs aut in plateis.nã eccl'iam quandoqꝫ vacuã
vidiſſe ſufficit.non eñ ſemp ibi hoim deambulatio viſa fuit.ꝛ in hoc expe-
rientia.quę eſt rꝝ magiſtra contrariũ.docuit.Quarta ſit regula.Loca non
ſint alta:qꝛ volui ꝙ hoies ꝓ imaginibꝫ poſiti loca tangere poſſunt:qđ vti
le ſemp iudicaui.Accipio ergo eccl'iam mihi multũ notã:cuiꝰ ptes diligẽter
cõſidero in ea ter quaterqꝫ deambulans diſcedo demũqꝫ redeo.ꝛ ibi p me
viſa mente reuoluo:ꝛ hoc pacto principium locis do.In parte dextra portę
ex qua recto tramite ad altare maius itur mihi pmum locũ ꝯſtituo.Dein-
de in pariete poſt quinqꝫ aut ſex pedes ſcðm ꝛ ſi ibi aliq̃d reale ſit poſitum
vt eſt colũna.feneſtra.aut his ſimile.ibi locũ pono.Si aũt reale deficiat ad
arbitriũ meũ imaginariũ fingo.ſi tñ hęc loca fabricans omittere vellet ti-
mens ne rei oppoſitę obliuiſcaẗ:cõcedat:dũmodo ſit memor ibi locũ cõſti-
tuiſſe.ꝛ ſic de loco in locum ꝓcedaẗ donec ad candẽ portã loca fabricans re
uertaẗ.Et iſta fiant in parietibꝫ pmis ecclię omiſſis oibꝫ q̄ in medio ipſiꝰ
ſunt.Et ſi q̄s locoꝝ copiã hr̃e cupiat hoc ordine monaſteriũ intret:ꝛ illud
totũ locis impleat.aut in parietibꝫ extra eccl'iam ſibi loca cõparet:ꝛ q̄ mul
ta voluerit meminiſſe multa ſibi loca cõparare debet.Ego aũt qꝛ omnes
hoies Italię copia rꝝ abſqꝫ chartaꝝ reuolutiõe ſupare volui:in ſacris ſcri
pturis:iure Canonico Ciuiliqꝫ:ꝛ alijs multarũ rꝝ autoritatibus:dũ eſſem
adoleſcens mihi centũ milia locoꝝ paraui:ꝛ nũc ipſis decem milia addidi
in quibus per me dicenda poſui.vt in ꝓmptu ſint.quando memorię vires
experire cupio:ꝛ cum patriã relinquo.vt pegrinus vrbes Italię videam di-
cere poſſum:omĩa mea mecum porto.nec ceſſo tñ loca fabricare.hoc ſua-
deo.vt in aliqua eccl'ia ꝛ monaſterio habeanẗ loca ſolũ ꝓ reponẽdis rebus
quas q̃tidie cõuenit recitare.vt ſunt argumenta.rõnes.hiſtorię.fabulę.ꝛ
pdicatiões q̄ in q̃dragesima fiunt.ꝛ hoc officiũ illis locis tm̃ deputeẗ.ꝛ vnũ
qđ vtile iudicabit pro iſtis locis in fine ſcribere diſpoſui.Volo eq̃dem iuue-
nes huiꝰ artis cupidos pfectiſſime docere.Loca aũt ſic ꝯſtituta ter aut q̃ter
in menſe memoria repetanẗ.Repetitio eñ locoꝝ nullo pcio emi põt.

Secũda erit concluſio.vt charta habita modum

ſcribendi in ipſa doceam:in magna nobiliũ corona dum eſſem adoleſcens
mihi ſemel fuit ꝓpoſitũ.vt aliq̃ noia hoim per vnũ ex aſtantibꝫ dicenda re
citarem non negaui dicta.ego ꝓnoia in pmo loco poſui amicũ illud nomẽ
habentẽ.in ſcðo ſimiliter.ꝛ ſic quot dicta fuerint tot collocaui.ꝛ collocata re
citaui.ꝛ aduertat collocans vt ſemp amicũ ponat agentẽ illud qđ cõiter ab
eo fieri ſolet:ꝛ iſta cõcluſio clare ꝓcedit in noibꝫ cognitis.Si aũt nõ cogno-
ſcitur amicus illud nomen hñs veluti Bozrab zorobabel tũc collocabis qđ
loco ſuo diceẗ.Et idẽ dico in nominibus animaliũ.vt eſt.equus.bos.aſinꝰ
vt in pmo loco ponaẗ equus.in ſcðo bos.in tertio aſinus:ꝛ idem in rebus
aĩa carentibꝫ.vt eſt liber.cappa.veſtis.Sed aduerte ne decipiaris ſi in pmo
loco poneręẗ liber.in ſcðo cappa.ſic ſimpliciter poſſes dum recitares deficere
excitare eñ memoriam naturalem eſt artis huiꝰ officium.ſed hę res com-
moueri non poſſunt.quia geſtus imaginis poſitę excitat.qui in talibus na

turaliter nō reperit.imago igit in loco talis poni debet q̄ ſe moueat: ſi nō
pōt ab alio moueat rem talē cum manu alicui⁹ motoris ponas.vt ex mo-
tu illo mēoria naturalis cōmoueat. ſed acutiſſimi ingenij iuuenis dicet ꝙ
hec p̄cepta nō ſunt omī ex pte pfecta:formica in loco poſita ſe mouet:non
tñ ppter ſui paruitatē cōmouebit:granū piperis in manu motores poſi-
tū etiā nō excitabit.fateor hoc ſi formica ſola collocet.ſed mltitudinē formi
carū aſcendentiū ⁊ deſcendentiū arborē in loco ponā.Qd ergo formica ſola
facere nō pōt:faciet mltitudo:⁊ amicus etiā in loco multa grana mouebit
Inſtabit etiā ingenioſus iuuenis.pulex ſaltat nec cōmouet.mltitudo autē
bene collocari nō pōt:ſed p pulice amicā pulicē capientē collocabo.et ego
ſepiſſime p pulice excellentiſſimū olim ciuitatis noſtre medicū magiſtrū Ghe
rardū Veronenſem poſui:quē ſemel capientē pulicem aſpexi.

Tertia eſt aurea concluſio. qꝫ p literis alphabeti
homies habeo.⁊ ſic imagines viuas.Pro litera a eīm a: Anthoniū habeo.p lite
ra b.benedictū.⁊ ſic pſonas in quarū noībus p̄ma lr̄a eſt in alia quā collo-
care volo:⁊ ego cōiter p lr̄is formoſiſſimas puellas pono. ille eīm multum
memoriā meā excitant:⁊ frequētiſſime in locis Iuniperā Piſtorieſem mihi
chariſſimā duꝫ eēm iuuenis collocaui.⁊ mihi crede ſi p imaginib pulcher
rimas puellas poſuero facili⁹ ⁊ pulchrius recito q̄ locis mādaui. Secretum
ḡ hab vtiliſſimū in artificioſa memoria:qd diu ex pudore tacui.ſi cito me-
miniſſe cupis v̄gines pulcherrimas colloca.mēoria eīm collocatiōe puellaꝶ
mirabilit cōmouet.⁊ qui vidit teſtimoniū phibuit. Hoc aūt vtile p̄ceptuꝫ
pdeſſe nō poterit illis q̄ mlieres odiunt ⁊ cōtemnūt:ſed iſti artis hui⁹ fru-
ctum difficili⁹ ꝯſequent:veniā eīm mihi dabūt viri religioſiſſimi ⁊ caſtiſſimi
p̄ceptum eīm ꝙ in hac arte mihi honorē ⁊ laudem attulit:tacere nō debui
cū ſucceſſores excellentiſſimos relinqre totis virib nitar.

Quarta eſt cōcluſio. Vt imagines alphabeti ſeu
noīa demōſtrantia literas bene memoria teneant ⁊ ſepe repetant.Incipio
ḡ ſic.Si mihi ꝯtingat in loco ponere iſtā copulā.⁊ in loco pono Euſebium
⁊ Thomā.hoc tñ ordine:qꝫ Euſebius locū tangit:et Thomas aſtat coram
eo.Si aūt Thomas locū Euſebij tenuerit:⁊ Euſebius Thome nō copulā
⁊.ſed hoc.pnomen te in loco videbim⁹ appoſitū.Eſt eīm in arte hac hec re-
gula.vt prius in ordine loco ſit ppinquius.ſicut eīm in charta primū e.ſcri-
bim⁹ in iſta copula et.ita ⁊ in loco.et idem obſuandū eſt generalit in omi-
bus dictionibus:et alijs collocandis.

Quinta ē concluſio. In ſyllabis triū lr̄arum in q̄
bus ſic pcedit.Si eī vocal' eſt in medio.vt in hac ſyllaba bar:tūc imagines
vltime litere accipio:⁊ rē aliquā addo.cui⁹ principiū duab p̄cedentib lr̄is
ſile ſit. Si ḡ in loco Raymūdū cū baculo locū pcutientē poſuero: legit in
loco ſyllaba bar.⁊ ſi Simon locuꝫ pcuſſerit:habebit ſyllaba bas. Iſta ḡ ſit
regula q̄ ſic reperit:vbi vocalis eſt in medio in ſyllaba triū literarū: accipit
imago vltime litere:aliq̄ appoſita:mobili aūt ſe mouēte:cui⁹ p̄ncipiū ſile
ſit duab lr̄is p̄cedentib.Si aūt vocalis ſit in fine.vt in ſyllaba bra.tūc ima
ginē prime lr̄e in loco colloco:et rem mobilem ſeu ſe mouentē:cuius prin-
cipiū ſit ſimile duab ſequentib⁹.Si ergo benedictū cum rapis vel ranis in
loco poſuero dabit ſyllabā bra.ſi aūt Thomā ſyllabā tra.Copia ergo rerum
incipientiū vt ſyllabe:ſi in pmptu habeat magnā afferet vtilitatē. Sed ſi
vocalis eſt in principio hā facies vt in hoc v̄bo amo. tūc ſemp imago p̄me

BOUND BY W. PRATT

litere collocāda eſt in loco: ⁊ res pncipiū habēs ſilr ſequti ſyllabe. Si ergo
Anthonius voluat molā hoc verbū amo poſitū legem⁹. ſi Euſebius verbū
emo. Eſt tn̄ ſciendū q̄ nō poſſum⁹ cōmode dictionē triū aut q̄tuor ſyllaba
rū collocare: ſed nec opus eſt: q2 fruſtra fit p plura: qđ pōt fieri p pauciora.
Sufficit eīm primā ⁊ ſcđam ſyllabā poſuiſſe: dictionē tn̄ duaꝝ ſyllabaꝝ poſ
ſumus totā collocare veluti pater. ponā in loco rem vel hoīem ꝓ imagine
ſyllabe pa. vt Paulū. ⁊ ſyllaba ter. Cum vocalis ſit in medio Raymundū ac
cipiā etiā in manu habentē: concludo ergo ſic. pulchre imagines alphabeti
ſilr iuncte. ⁊ copia rerum incipientiū vt ſyllabe ſemꝑ nobis ſeruient: ſi alie
imagines defuerint. Si eīm alias habere poſſum iſtas omitto: de quib⁹ in
alijs concluſionibus dicetur.

Sexta eſt concluſio In iſtis dictionib⁹ panis:

vinū. lignū. veſtis. ⁊ ſilibus. ⁊ in noībus dignitatū. vt eſt papa. imꝑator. ab
bas canonic⁹: q̄ oīa etiā ruſtici intelligūt qđ demonſtrent. vel vt clari⁹ lo
quar vniformes ſūt in lingua vernacula: ⁊ latina in talib⁹ dictionib⁹ alias
imagines nō q̄ro: ſed pono illud qđ dictio ipa ſonat: et ſyllabe oēs taliū di
ctionū pñt pulchro inuēto facile collocari. in corꝑe nāq; hūano caſuū ima
gines inueni. Nam caput eſt caſus ntūs. manus dextra gtūs. man⁹ ſiniſtra
dtūs. pes dexter actūs. pes ſiniſter vtūs. ⁊ venter ſeu pectus caſus abltūs. ⁊
ꝓ nūero ſinglari pono aut pulchrā puellā nudā. ⁊ ꝓ numero plī ipſaꝫ egre
gie ornatā. aut illū quē meminiſſe volo. aut ergo volo collocare rē aut ho
minē. ſi rem vt panē. puellā nudā in loco ſibi pedem dextrū cum pane tan
gentē collocabo. Si aūt dictioneꝫ collocare volo hoīem in aliq̄ officio vl̄ di
gnitate ꝯſtitutū demonſtrantē. vt abbatē vnū in loco nudū: q̄ cū pede dex
tro locū ꝑcutiat pono: et ſi diligent o lector dulciſſime ꝯſiderabis: hō inuen
tum tibi videbit. ⁊ ſic has dictiones totas ſoleo collocare.

Septima eſt concluſio. Quia poſſum⁹ etiā col

locare dictiones ſono vocis. geſtu corꝑis ⁊ ſilitudine. Et iſtis imaginib⁹ fre
quentiſſime vtor. pono eīm amicū ꝓ dictione. doctorē vnuꝫ cognoui. q̄ ſꝑ in
ore habebat legem ꝑ hanc. C. de tꝑib⁹ appellatiōe. illā eīm tm̄ legem legū do
ctor memorit dicebat. Volēs ḡ illā collocare illū dolorē pono q̄ ſꝑ riſuꝫ exci
tat. ⁊ ſic ſono vocis collocatione facio. Geſtu corꝑis ponunt imagines qn̄ ſit
geſtus in dictione comꝑhenſus. pro ꝟbo eīm ſpolio: amicū pono: q̄ aliū ſpo
liet. pro ꝟbo rapio amicū per vim aliq̄d rapientē ſilitudine colloco imagi
nes: quādo rem dictioni ſilem in literis: licet in ſcatione diſſimilem inue
nio. vt qn̄ pro verbo cano canem colloco.

Octaua eſt ꝯcluſio. Pro dn̄is iureconſultis: ⁊ de

voluminib⁹ iuris ciuilis dicere incipiā: ⁊ eſt illa locis tradere volo colores q̄
bus teguntr accipio ꝓ. ff. veteri pellē albā. ꝓ. ff. nouo pellē rubeā ꝓ inforiato
pellem nigrā. pro codice pellem viridē. ꝓ volumine varij coloris pellē. ꝓ in
ſtitutionib⁹ librū paruū: ⁊ pro autentico tabellionē inſtrumentū magnuꝫ
habentē colloco. ꝓ autētica puellā priuilegiū hñtem: ꝓ libro feudoꝝ comitē
alicui⁹ caſtri: ꝓ decreto aūt cū in eo ſint ſctōꝝ patrū autoritates. ⁊ ſenē ali
quē in loco ſcribentē pono. ꝓ decretalib⁹ papā in throno ſedentē colloco. ꝓ
clemētinis puellā cui nomē eſt Clemēs ꝓ. vi. li. inſtrumētū illđ ita in Italia
dictū. de q̄ Oui. Altera ps ſtarēt. ps altera duceret orbē ꝓ cōmentato. iuris
eos q̄ idē nomē hñt. imaginē aūt gloſe accipio ex doctrina ꝑ me pmo loco

data in collatione dictionū. ꝑ. ff. Juniperā habeo Florentino cythy. ā dan‑
tem. vt Orlandi geſta cantare poſſit. Allegationes aūt decre. i ſic collocant.
pro allegatiōe que fit ꝑ diſtinctionē ponit puella que pannū vel chartā la‑
ceret. Pro qſtione aūt colloco Juniperā ꝑcutientē famulam. ꝑ cōſecratione
eſt ſacerdos hoſtiā cōſecrās. ꝑ pnia eſt iunipera q̄ mihi ſua pcā leuia ꝯfitet.

Nona eſt concluſio. Ut oſtendā quō rubricas vtri
uſqꝫ Juris locis tradere debeam⁹: ⁊ duas imagies cōiter ꝑ illis poner ſoleo
Si eñ meminiſſ: voluero. rubricā de tranſactionib⁹ Thomas ranas hñ‑
te n colloco vel eſtum corporis pono. Duos eñ qui diu litigarūt a lite receſ
ſiſſe fingo. ⁊ alterum alteri ſignum pacis prebere: hec eſt pulcherria. imago
rubrice de trāſactiōib⁹. Pricipia aūt legū vl capituloꝝ i locis ponunt alpha
beto vl ſono vocis vl ſimilitudīe. vel geſtu corporis. de q̄b⁹ ii plene dictū eſt.

Decima eſt concluſio. In argumentis collocādis
pro quibus imagines duas ponere ſoleo. Prima eſt g ſtus corporis. vt ſi di
catur ſic. teſtamentum ſine ſeptē teſtibus factum non valet. teſtatorē corā
duobus teſtibus. teſtamētū feciſſe fingo. ⁊ virginē vnā illud lacerare. Scōa
eſt imago q̄ duas. aut tres dictiones argumenti pncipaliores colloco. Exm̄
Habeto Juriſconſulte. ⁊ me intelligent phi quando in actu requirit iuſſus
alicui⁹ ille debet ꝑcedere. hic ſunt multa verba. ſed ſufficit iuſſum ⁊ ꝑcedere
collocare. ⁊ reliquas argumenti ptes memoriter dicere poterimus. ex colla‑
tione ergo duaꝝ aut trium dictionum. Cetera elegāter recitabimus: ⁊ hoc
experto crede magiſtro.

Undecima eſt concluſio. Cum quereret quidam
vt vtrum in eodem loco plura collocare deberet. reſpondi ſi in locis ponere
volo que ab alio mihi ꝓponunt. vt illa propoſita ſtatim recitare deo eam
imagines vni⁹ rei tm̄ i loco colloco ſed ſi q̄ in libris lego in locis ponere diſ
pono. vt illa memoriter pronunciare poſſim: tūc imagines pluriū rerū in lo
co vno ſepiſſime ponere nō dubitaui.

Duodecima erit pulcherria cōcluſio inter ꝑdictas.
Ut apiam quo pacto nūeroꝝ imagines fieri debeant: ⁊ pro oībus numeris
quos poſſumus excogitare viginti tm̄ imagines inueni. illas ergo ſpecialit
deſcribā. Pro numero decē eſt mihi crux magna aurea vel argentea. pro vi‑
ginti ſimilitudo lre. x. ferrea vel lignea rei alicui rotunde cōiuncta quia nu
merū viginti hoc modo in charta ſcribimus. 20. Pro triginta ſimilitudo il
lius figure eodem modo rei rotunde cōiuncta. ⁊ ſic vſqꝫ ad numerū centum
imagines habeo q̄ decem ſunt. Nouē aūt numeroꝝ imagines habeo: inci‑
piendo ab vno vſqꝫ ad numerū nouē quas in digitis manus hoīs fabrica
ui. Eſt igitur digitus primus manus dextre mihi pro ꝑmo numero: ſeu ꝑ
vno. ſecūdus pro ſecūdo ſeu pro duobus. ⁊ ſic vſqꝫ ad quartū digitū man⁹
ſiniſtre procedo. Ut aūt facilius iſta memorie teneant primū digitū man⁹
dextre dico eſſe ghelfoꝝ. ſcōm ghelbinoꝝ. tertiū iudeoꝝ. q̄rtū annuloꝝ. q̇ntū
aurīū. ⁊ ſic de digitis manus ſiniſtre ſit dictū. Primū ghelfoꝝ appello quia
ghelfi illū in magno ꝑcio habere dicunt. ghelfini ſcō . tertiū iudeoꝝ appel
lo. quia ſi digitū illū iudeis oſtendimus toruo viſu reſpiciunt. q̇ aūt cām ſci
re cupiet q̄rat ⁊ inueniet. Cur aūt q̄rtum ⁊ quintū nominem notiſſimū eſt
pro numero aūt mille Michaelē habeo. Si ergo mihi numerus aliqs ꝓ
ponat imaginē eius faciliime inueniā. aliq̄ exēpla ponā: q̄b⁹ poſitis lector ēt
rudis ingenij concluſiōem iſtā optīe intelliget. Si. xi. q. iij. dicere voluero i lo

cũ gbelſum fingã crucẽ in manu dextra tenentẽ. ⁊ iudeũ q̃ totis virib9 per
vim illã manu dextra rape tentat. Si.ij.ad Choꝝ.iiij.ponere voluero:in lo
co gbebiliuũ fingã:q̃ manu dextra cortinã teneat quã pulchre puellę oſten
dat:illãq; manu dextra recipiat.puellã cũ deſponſatã ꝑ q̃rto digito ⁊ ſic ꝑ
q̃rto ⁊ nono numero collocõ.Si de peni.diſ.iiij.meminiſſe voluero ſacerdo
tẽ ſenem nõ iuuenẽ:cui pctã confiteat̃ Iuniperã col'ocabo: ⁊ ipa mirabile
faciẽt:ſacerdotẽ nãq; abſoluet capiti ſuo manũ dextrã imponens.et ſic ne
in infinitũ ſit ꝓceſſus:ſit finis'huic pulcherrime artificioſe mẽorię:in cui9
ꝓceptis om̃ia ſi nõ explicite ſaltẽ implicite cõprehendunt̃.Unũ tñ nõ omit
tam qd̃ hec in loco ſcribere ꝓmiſi vtile in locis eſſe iudico quę ꝑ rebus au
ditis reponendis fabricauim9.Si in quinto loco man9 aurea ponat̃.in de
cimo crux aurea.in q̃ntodecimo man9 argentea. in vigeſimo imago ipius
numeri:⁊ ſic in cęteris facere monet mea doctrina.

Libri Tertij Tractatus ſecundus de Ep̃lis condẽdis. Ca.I. De Epiſtolarũ diuiſione. Di.

Reſtat vt de condendis ſcribendiſue Ep̃lis formã tradas. Ep̃le diuiſe
Ma. Faciã ac lubens.Sed ꝑmonuiſſe optet ep̃laꝝ quaſ
dã eſſe diuiſas:quaſdã vero hũanas. Diuinas q̃dem vo
co:in quibus fidei myſte.ia:religionũ cerimonię.dei cul
tum morũ atq; virtutũ ſeminaria exꝑmunt̃.⁊ vitioꝝ ra
dices auellunt̃.vti eſt videre in ep̃lis ſctõꝝ Pauli.Hiero
nymi.Auguſtini.Cipriani. Bernardi..⁊ Senecę ꝑbi moraliſſimi: atq; alioꝝ
pluriũ hui9 ordinis hoĩm.Humanaꝝ vero q̃dam grauis ꝯſolatoria:amato
ria:cõmendatoria aut hortatoria eſt. Di. Grauẽ quã dicis? Ma. Eã
ipam q̃ ardua difficilia atq; noua quotidie accĩtia cõtinet vtputa q̃ belli
aut pacis tp̃e e caſtris dat̃ ad vrbẽ aut ecõuerſo. Conſolatoria:q̃ amicorũ
mortẽ calamitatẽ:aduerſamue fortunã ꝟbis ꝯſolatorijs dem ulcemus.Cõ
mendatoria:q̃ amicũ aut famulare: notũ vel ignotũ:alteri cõmendamus.
Amatoria:qua ꝟbis petulantib9 amorẽ alteri9 in nos cõcitamus.Hortato
ria:q̃ de reb9 noſtris.vtputa agris:pecorib9:aut frument̃ ſcribim9:aut fili
os noſtros:ſodales:diſcipulos:ac cęteros ad mores:ſtudia:ad laudẽ cohor
tamur. Preter hęc aũt m̃lta alia ſunt Ep̃laꝝ genera a Mario Philelpho
eloq̃utia ꝑclara:ad octogenariũ vſq; numerũ digeſta.

De Partibus Epiſtole. Ca.II. Diſ.

Ex quot aut quib9 partib9 ep̃la conficit̃? Ma. Ex q̃nq;:q̃ Partes epi
ſunt Salutatio:Exordiũ:Narratio: Cõcluſio:⁊ Subſcriptio ſtole.
Salutatione q̃dem ep̃la cõſtat.vt anim9 eius ad quẽ ſcri
bim9 pręparet̃ ad ꝑcipienda ea q̃ deſideram9. Exordio ſit
⁊ vt eam ad ſcribendũ mouentẽ explicem9. Hec aũt:q: etiã
in narratione fieri pot̃ nõ in om̃ib9 ep̃lis exordia ponimus:
Narrationẽ ꝟo
nihil magna quadã negotia tractare aut tractanda velim9.Narrationẽ ꝟo
ep̃la om̃is cõtinet:qua oſtendim9 quid ab alijs fieri volumus: aut qd̃ fa
ctum ſit demõſtramus. Concluſionẽ aũt vt de loco ⁊ tempe date ep̃le cer
tior fiat recipiẽns.Subſcriptionem vero:vt ⁊ is qui differt cui ꝑſentare de
beat:⁊ is ad quẽ defertur: an ne aperire liceat cognoſcat.

De Salutatione Ca.III. Diſcipulus

d ⁊ E Salutatione ꝯficienda primū dicas. Ma. Salutationes varie a varijs ponunt. Sed ſi eā ex arte ſtruere l[ibe]at: primum nomē tuū: deinde nomē dignitatꝭ aut officij tui .in nrō caſu. tercio nomē eius ad quē: ⁊ demū nomē officij aut dignitatis eiuſdē in dtō caſu ponas: cū additione clauſule. Salutē plurimā dicit Gregorius Reiſch artiū Magiſter Friderico Epo Auguſtenſi. S. p. D. Aſſentationis vo cauſa aliud inoleuit. vt. ſ. inferiores ſcribētes ſupioribus noīa ſ. a poſtponant: nec ſalutem: ſed ſubiectionē: aut famulandi ꝓmptitudinē loco ſalutis ponant. vt reuerendiſſimo in chriſto patri: ac domino: dnō Friderico Auguſtienſ. preſuli Gregorius Reiſch artiū Magiſter: ad queuis mādata ſe ſpondet ꝓmptiſſimū. Id aūt doctoꝝ aures nedū faſtidiūt: ſed etiā abhorrent vehementer.

De exordio. Capitulum. IIII. Magi.

e EXordio aūt (ſi res expoſtulat) pmiſſa ſalutatione vtimur: in quo eum ad quē ſcribimꝰ attentū. docilē. ⁊ beniuolū facere curamꝰ. vt q̄ ſcribimꝰ legat ⁊ admittat. Quibꝫ aūt ptibus: ⁊ vnde efficiat in ſupioribus digeſtū eſt. Di. Verū quidem. ſed de narratione qd dicis?

De Narratione. Capitulū. V. Ma.

Magnificat anima mea dominum. Benedict⁹ dominus deus iſrael.

Secundus Tonus




Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Credidi ꝑpter qd locut⁹ ſum



Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dominus deus iſrael

Tertius tonus




Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Credidi ꝑpter qd locut⁹ ſum




Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dominus deus iſrael.


Quartus tonus



Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Credidi ꝑpter quod locut⁹ ſum.




Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dominus deus iſrael.




Finis Muſice.


BIS DIAPASON
Diapason
Diapason cum diapen.
Diatesseron
Proslambanomenos
Hipatehipaton
Lichanos hipaton
Hipatemeson
Parhipatemeson
Lichanos meson
Mese
Tonus
Graves & capitales
Finales
Acute
Affinales
CLAVIV. DIFFERENTIE
Claues
PRIMVS DVRALIS
Primus naturalis
Primus bmollis
SECVNDVS DVRALIS
Secundus naturalis
Secundus bmollis
TERTIVS DVRALIS



John Carter Brown Library

Typus geometrie




Liber.VI.De elementis Geometrice. Tract.I. De
definitione. noie. ⁊ inuentorib' Geometrie ⁊ de ei'
quoqꝫ vtilitate ⁊ laudibus. Capitulū.I. Di.

Q Uas heſterna veſperi canendi:expoſuiſti regulas: tot
hanc noctē inſomnē agens in antiphonas io clare in
ueni:pbaui:nec neceſſe eſt te in illaꝝ dilucidatōe diu
tius imorari:Geometriā poti' aggredere: ſub breuita
te pncipia illi' ediſſere. Ma. Geometrie elemēta ⁊ pri
Euclides cipia abūde tradidit ⁊ cōſcripſit Euclides pat.vt aui
Hypocratis:at vo qm̄ nīta ſunt ⁊ ſine interpte:ab in
cipientibꝫ min' intelligibilia: tibi ex his nečaria elic
re ac dilucidare conabor:qbus intellectis ceteraqꝫ facili' leges. Di. Placet
qd conans:ſed primū qd ſit Geometria edicito. Ma. Geometria eſt diſci
plina magnitudinis imobilis formarūqꝫ deſcptio cōtemplatiua p quā vni
uſcuiuſqꝫ termini declarari ſolent. Vel eſt diſciplina magnitudīs ⁊ figure q
ſm magnitudinē contēplat. Di. Vn̄ hec diſciplina Geometria dicit: Ma.
A terra ⁊ menſura. γ Η.em̄ grece:latine terrā et μετρον grece:latine mē
ſura exprimit. Hinc dicta Geometria(mutādo ita ſiue Η grecū in e latinū)
quaſi terre menſura. Di. Nullius igitur niſi terre p ipſam mēſura habet:
Ma. Nequaqꝫ:ſed cuiuſuis p ipſam magnitudinis reperit mēſura: attn̄ a
terra nomē obtinuit. Nam primo circa terre diuiſionē inuenta tradit. Di.
Quo igit:⁊ a qbus inuenta eſt: Ma. Ab egiptijs.vt ait Alforabius p ne
ceſſitate diuiſionis terminoꝝ terre:quos tum Nilus inundationis tempo
limo obducens confundebat:eos ipos Aegiptij Geometricis pncipijs rurſus
diſtinguebāt:vnicuiqꝫ qd ſuū eſt reddētes. Di. Utilis igit ⁊ nečaria hui'
Geometrie inuentio diſciplinę cognitio eſt. Ma. Utilitatē eius in ſequentibꝫ experientia cogno
ſces:cū menſurādi modū inſtrumento deprehenderis. Singulas tn̄ Geome
trie vtilitates enumerare haud poſſibile exiſtimo:p ipm nācꝫ totius terre
ambitus ⁊ pfunditas indagat:ſupficies quoqꝫ ⁊ terre ⁊ maris miro modo
Ptolome' diſtinguit.vt in Ptolomei Coſmographia videre eſt oim corpoꝝ celeſtium
orbiū.ſ.⁊ [illegible] magnitudines p Geometriā demonſtrant.vt claret in Al
mageſti Ptolomei. Et qd oibus longe prepono p ipſam Geometricā diſci
plinā theologie ac pme phie pfundiora rimant ſecreti':atqꝫ contemplant al
tius:ſicuti luce clarius ptz in li.quē(vir apprime doctus Nicolaus de Cuſa
Cardinalis) de docta ignorantia ſcripſit. Et colūne ecclie pfunda qdā ſa
croſancti euāgelij myſteria:⁊ numeris ⁊ mathematicis figuris pandere ne
glexere:minime pleni ſunt illis quos cōſcripſerunt cōmentarij ⁊ Homelię.
Sed his finē imponens: principia eius nunc aggrediar.

De Puncto ⁊ Linea: Capitulū.II. Di

Que ſunt Geometrie pncipia: Ma. Sunt punct':linea:ſupficies:
corpus:cōes ani cōceptiones ⁊ cōcluſiones. Di. Quid eſt punct':
Ma. Eſt magnitudinis principiū:cui' ps nulla eſt (qꝛ indiuiſi
bilis eſt)qui cū in longū fluere intelligit lineā cauſat. Di. Quid eſt linea:
Ma. Eſt longitudo ſine latitudine. Fines aūt ſiue termini linei ſunt pun
cta. Di. Linea igit ex pūctis eſt: Ma. Minime.ſi em̄ infinita addideris
pūcta:nullā lineā aut aliā magnitudinē efficies. Nam indiuiſibile additū


BOUND BY W.PRATT



indiuiſibili nō facit maius: ſed hoc in naturalib⁹ latius diſcurrendi venit. Di. Linea ꝗtuplex? Ma. Duplex: recta ⁊ curua. Di. Linea recta q̄ eſt? Ma. Eſt que eq̄liter in ſuis prendit punct. vel q̄ ex equo puncta ſua interiacet: vel vt pn̄ipi huius diſcipline Euclidi placuit. Linea recta eſt ab vno pūcto ad aliū breuiſſima extenſio in extremitates ſuas vtrū ꝫ eo⁊ recipiens. vt linea ducta ab a. puncto punctū b. breuiſſima eſt: nō q̄dem ſimplr̄: ſed inter hec duo puncta: nam q̄cūq₃ alia inter eadē puncta ducit: ſi a rectitudine deuiat: lōgior fiat nec. ſſe eſt. Et curua linea dicit q̄ ꝑ oppoſitū definiri ⁊ cognoſci habet. Di. Linea recta quotuplex eſt? Ma. Multiplex; quedā em̄ diameter eſt: q̄dam axis: q̄dam chorda: q̄dam coſta: alia latus: alia baſis: alia cathecus: alia coraucus: alia hypotenuſa: alia diagonalis: alia ꝑpendicularis: alia orthogonalis. Hec ⁊ alia plura in Geometricis et Aſtronomicis demōſtrationib⁹ linea recta accipit noīa.

De ſpecieb⁹ linee recte. Ca. III. Di.

Jameter q̄d eſt? Ma. Eſt linea figurā cui⁹ extremitatib⁹ pūcta ſua applicat in duo eq̄lia diuidēs dicit em̄ a dia qđ eſt duo. ⁊ metron menſura. ⁊ hec linea in q̄drato ⁊ circlo ꝓprie diameter dicit in ſphera axis noīat: ſed in poligonijs diagonalis q̄ ſi duos angulos tāgēs appellat. Di. Chorda q̄d eſt? Ma. Eſt linea recta circulum nō diuidens in duo eq̄lia. Linea vero ſemicirculū in eq̄ diuidēs: ſemidiamet̄ dr̄. Di. Coſta q̄d eſt? Ma. Eſt latus q̄drati. Di. Baſis q̄d eſt? Mag. Eſt linea figure plane: q̄ tota iacet in fundamēto ſiue plano. Linea vero huic eq̄liter ſuꝑpoſita dicit



coraucus. Linea vero in figura plana ꝑpendiculariť eleuata dicit cathecus. Linea aūt non ꝑpendiculariť eleuata hypotenuſa appellat. Di. Linea ꝑpendicularis q̄ eſt? Ma. Eſt linea alteri ſuꝑpoſita: rectos ⁊ eq̄les cauſans angulos. hinc et orthogonalis dicta eſt. ab orthos rectū: ⁊ gonos angul⁹. Lineę equaliter vbiq₃ diſtantes paralelli noīant: q̄ ſi in infinitum ꝓtrahunt non concurrūt. Linea autē q̄ circulū tangit in puncto: linea contingentię dicit.

De ſpecieb⁹ Linee curue. ⁊ Lineis irrationalibus. Capitulū. IIII. Diſci.

Jnea curua q̄tuplex eſt? Ma. Multiplex. q̄dā ē circūferēs ſiue ꝑimet̄ dicit: q̄dā flexuoſa: q̄dā ſpiralis ⁊c. Di. Linea circūferēs q̄ eſt? Ma. Eſt linea cui⁹ figura ex vtraq₃ parte curuata: ⁊ a ſe inuicem diſtātia ſunt qui ſi concurrunt: lineā circularē efficiunt: cuius meditas ſemicirculus in ꝑte nō dicit. Di. Linea flexuoſa que eſt? Ma. Eſt linea curua in ſuis partibus a medio in eq̄liter eleuata vt patet in figuris. Di. Linea ſpiralis que eſt? Ma. Eſt linea circūferens q̄ ſi circūducit in eundē punctū nō redit ⁊


a qbuſdam elica dr̄a grecis añt ΕΛΙΚΟΕΙΔΗΣ.i.circũuolu ra vl' circa centrũ in plano: vl' circa colũnam. vt in figuris. Sũt ⁊ p̄ter hes lineę plures: q̃s irrõnales dicũt ea ppt: qm̃ q̃drata carũt ẽ nulla cõis metiẽ aut numerat ſupficies. Et ſunt tredecī n in ſpecie.ſ.medialis binomiũ.bimediale pmũ bimediale ſcõm.linea maior.potens in rõnale ⁊ mediale.potens in duo medialia.reſiduũ.reſiduũ 'mediale pmum.reſiduũ mediale ſcõm.linea minor.linea q̃ iũcta cũ rõnali componit mediale.linea iuncta cũ mediali cõſtituit totũ mediale. Et rurſus binomiũ eſt ſextuplex.ſiliter ⁊ reſiduũ. Sed qm̃ hanc ſpeculatio in Geometricis exercitatũ ingeniũ requirit: ſilentio libuit pertranſire.


Linea ſemicircularis



De Angulo ⁊ eius ſpẽbus. Ca.V. Di.

Uia in deſcriptiõe lineę ppendicularis angulum poſuiſti: ne huius me fallat ignorãtia ipm deſcribas. Ma. Angulus eſt duarũ linear ſeſe tãgentiũ: ⁊ nõ in directo iacentiũ ad alterutrã cõcluſio. Di. Angulus quotuplex eſt? Ma. Duplex ſcʒ rectus ⁊ nõ rectus. Di. Quis eſt angulus rectus? Ma. Eſt angulus ex incidẽtia lineę rectę ſup rectã ppendiculariter cauſatus. Sed angulus nõ rectus duplex eſt.ſ.obtuſus ⁊ acutus. vñ obtuſus recto maior eſt: acutus vero minor eſt. Di. Angulus rectus obtuſus: atq̃ acutus quotuplex eſt? Ma. Quilibet duplex eſt.ſ.planus ⁊ ſphęralis. Di. Angulus planus q̃s eſt? Ma. Eſt duar linear ĩ plano ſeſe tangentiũ ⁊ nõ in directo iacentiũ cõcluſio. D. Angulus ſphęralis q̃s eſt? Ma. Eſt angulus ex duob9 circulis ſeſe ſecantib9 cauſatus. Cũ vero duo circli aut linea recta circulũ in pũcto tetigerit: vtrinq3 angulus contingentię cauſat. Di. Angulus planus quotuplex eſt? Ma. Duplex .ſ.ſupficialis ⁊ ſolid9. Di. Angulus ſupficialis q̃s eſt? Ma. Qui ex lineis in plano iacentib9 in vnaq̃q3 ſupficie cõcurrẽtib9 cauſat. Et hor q̃dem coalterni dñr q̃ ſcʒ ſitũ q̃ad ſupi9 ⁊ inferius alternant. Di Angulus ſolidus q̃s eſt? Ma. Angulus ſolidus ſiue corpeus eſt angulus quẽ ↄtinent anguli plani plꝰs q̃3 duo: in diuerſis ſitę ſupficieb9 in vnũ ↄuenientes punctũ angularem. ⁊ nullus taliũ.4.rectos ⁊ planos põt valere. Quilibet aũt dictor angulor duplex eſt ſcʒ intrinſec9 ĩ ĩ figura: ⁊ extrinſecus q̃ extra figurę clauſionẽ ↄtinet. Eſt p̄ter hos angulus q̃ circuli dicit.is ſcʒ qui ſub duob9 a centro ductis lineis ad circũferẽtiã.cuius aliquã ↄprehendunt ↄticulam continetur. vt hic a






Angulus ſolidus





k



De Supficie ⁊ eius ſpẽbus Ca.VI. Ma.

Ead modũ aũt ex fluxu pũcti in longã lineã cauſari: ita ex fluxu lineę in latũ ſupficiem fieri imaginant mathematici. Di. Quid eſt ſuperficies? Ma. Eſt longitudo ⁊ latitudo ſine pfunditate: ⁊ eſt duplex.ſ.recta ⁊ curua. Di. Supficies recta quę eſt? Ma. Supficies recta: quam ⁊ planam dicimus eſt qui in ſuis lineis ęqualiter continetur vt a per oppoſitum. Superficies curua dicitur quę in ſuis lineis non ęqualiter continetur vt b






Et hec ſi corpus in exteriore terminauerit pte cõuexa dicit. vt exterior vaſis ſupficies. Si vero corpus interiore fuerit parte concaua appellat. vt vaſis interior ſupficies. Eſt item τ alia ſupficiei partitio. nam qdam vnica. qdam vero pluribꝫ cõtinet lineis. Di. Que ſupficies vnica linea cõtinet? Ma. Circularis: que eſt ſine angulis: hec em̃ vnica (viꝫ circulari) continetur linea: et eſt circulus.

De circulo τ eius ſpeciebꝰ. Ca. VII. Di.

Quid eſt circulus? Ma. Eſt ſupficies plana vnica linea (q̃ circũferentia ſiue perimet dicit) cõtenta: in cuiꝰ medio punctꝰ eſt q̃ centrũ circuli appellat: a q̃ omnes linee recte ad circũferentiã ducte ſunt eq̃les. vt c. Sunt aũt circulorꝫ q̃dam cõcentrici: quorꝫ ſ. centrꝫ vnũ eſt. vt d. Quidã vero eccentrici: quorꝫ ſ. centrũ vniꝰ eſt extra centrũ alteriꝰ. vt e. Et rurſus ſi circulũ lineis diuidas priũ diuiſiones qdã ſemicirculi: qdaꝫ vero portiones circuli ſolẽt appellari. Di. Semicirculus qd eſt? Ma. Eſt ſupficies plana diametro τ mediate circũferẽtie ꝯtenta. vt f. Si em̃ lineã p circuli centrũ circũferentiã ex vtraꝗ pte tangentẽ duxeris duos ſemicirculos efficies. Di. Quid eſt portio circuli? Ma. Eſt ſupficies plana recta linea extra circli centrũ cadente: τ pte circũferẽtie ꝯtenta. τ hec linea recta chorda dicit. ps vero circũferentie arcus appellat. vt g. Un̄ cũ circulus ita in portiones fuerit diuiſus: ea in q̃ centrũ circuli eſt maior: reliq̃ vero minor portio appellat. Figura vero q̃ ſub duabꝫ a centro ductis lineis τ arcu circũferentie ꝯtinet: ſector: ſiue ſegmentũ circuli dicit. vt in exemplo dicto. Et tantũ de ſupficiebꝫ vnicis cõtentis lineis.










De triangulo τ eiꝰ ſpeciebꝰ. Ca. VIII. Di.

Que ſũt ſupficies plribꝫ ꝯtente lineis? Ma. Sũt ſupficies angulares ſiue poligonie: τ appellant trianguli; q̃drãguli: penthagoni: hexagoni: heptagoni: octogoni: nonagoni: decagoni: τ ſic de alijs in ĩfinitũ pcedẽdo. Di. De his p ordinẽ dicas: τ p̃mo q̃d ſit triangulꝰ explanes. Ma. Triangulus eſt ſupficies plana tribꝫ lineis contenta: habens tres angulos duobꝫ rectis eq̃les. et hec ſupficies ab angulꝭ triangula: a lineis vo trilatera appellat: ſm hoꝝ variationẽ in plures ſpecies partit. Di. Quo? Ma. Naꝫ ſi oẽs linee eq̃les fuerint: triangulũ q̇ Iſopleuros dr̃ cõſtituũt. vt h. Si vo due tm̃ eq̃les fuerint: tũc in q̃li triangulũ q̇ Iſocheles appellatꝰ eſt efficiũt. vt i. Si aũt tres linee ineq̃les fuerint: triangulũ q̇ Scalenos dictꝰ eſt concludunt. vt k. Nec poſſunt trianguli ſm lineas amplius multiplicari. ſm vero angulos alia ſortiunt nomina. Di. Que? Ma. Nam triangulus vnũ rectũ habens angulũ: orthogonius dicit. ab orthos rectũ: τ gonos angulus. Triangulus aũt obtuſum habens angulũ ampligonius nominat. Is vero qui oẽs acu











tos habet angulos erigonius appellat ὀξυσ enim acutus dicit. Et iſte pō
eſt: Iſopleurus vel Scalenos:quo. ꝛꝗ mpla hic vides depicta.

De Quadrangulis. Capitulum.IX. Di




Quadrangulus qd eſt? Ma. Eſt ſupficies.4.cōtenta lineis.4.an
gulos ꝯſtituentib⁹.vn̄ ab angulis ꝗdrangula a linea vero ſiue la
teribus quadrilatera eſt appellata. Di. Quotuplex eſt ꝗdrang
lus: aut ſupficies ꝗdrilatera? Ma. Quintuplex.



Eqlaterū rectangulū
Si enim lineę ꝗtuor ęque fuerint quadratū: equilaterꝫ atꝙ re
ctangulū ꝯſtituūt. Et hoc ꝗdratū paralelogramū a mathe
maticis eſt appellatū. Si aūt due oppoſite tm̄ ęq̄les fuerint
Rhombus
quadratū altera pte longius cōſtituunt:quod ꝗdem rectan
gulū:ſed non equilaterū eſt.qđ nōnunꝗ̄ ſupplementū dicit
ſi quadrato ꝑno fuerit adiectū. Si aūt lineę ꝗtuor ęquales non orthog
naliť ſe tetigerint:ꝗdratū ęq̄laterꝫ: ſed non rectangulū qđ Rhomb⁹ dicit
ſtituūt. Sic ꝛ quatuor lineę quaꝝ oppoſite tm̄ ęquales fuerint






Rhomboidē faciūt:quadratū.ſ.nec equilaterū:nec rectangu
lū:qđ quidā helmuaim(ſed male)appellant. Et pter has oēs
ſupficies quadrilatere trapezia.i.mēſule appellant. Rhomboides.

De Penthagonis ꝛ reliqꝫ. Ca.X. Ma




Ex dictis facile deꝫhendes qd penthagonus:
qd hexagonus.ꝛ cętera. Nam ſicut triangul⁹
tribus:quadrangulos ꝗtuor continet lineis: ſic penthago
nus quinꝙ hexagonus ſex.ꝛ ſic de alijs ſequentib⁹. Et no
minant hę ſupficies ab angulis γονυσ enim angulū ſcat.
lineis vero penthilater:hexalater ꝛc.poſſunt nominari. Di
harū aliquas deſcriptiones ſubiungas. Ma. Faciā.et ecce qđ ptis iam
depictū conſpicis. Et tantū de ſupficiebus. Conſequent videndum erit d
corporibus.


heptagonus. octagonus. nonagonus. decagonus. vndecagonus.




De corpore ꝛ eius ſpeciebus. Cap.XI. Di.



Quid eſt corpus? Ma. Eſt longitudo cum latitudine
pfunditate. Si enim ſupficies in pfundū fluere intelliga
corpus cauſabit:qđ lineis trib⁹ ſeſe orthogonaliť in vn
puncto ſecantib⁹ dimenſionat in longū.vicꝫ latū: ꝛ p
fundū. Et harū lineaꝝ extremitates differentie poſiti
nis notant his deſignate vocabulis.ſurſum.deorſum
ante.retro. dextrorſum. ꝛ ſiniſtrorſum. Et ſi lancea vnū per vert cem
capitis humani intraret:ꝛ per anum exiret:metiret in longitudinem:
ꝛ alia intrans p pect⁹ exiens in dorſo:metiret pfunditatē:ꝛ tertia in
trans p latus vnū:ꝛ exiens p aliud metiret latitudinem. Di. Quot



uplex eſt corpus? Mag. Duplex Regulare: et irregulare. Di. Regulare qd̄ eſt? Ma. Qd̄ habet vni formitatē in angulis ⁊ lateribꝫ. Per oppoſitū deffinit̄ irregulare. Di. Regulare q̄tuplex eſt. Ma. Duplex. vic3 agō ſiue ſphericū: ⁊ conicū. Di. corpus ſphericū quod eſt? Ma. Corp' ſphericū ſiue ſphera: eſt corpus rotūdū vnica ſupficie cōtentū: in cuius medio pūctus eſt: a q̄ offēs linee ducte ad ſupficiē; cōtinentē ſunt equales. ⁊ de hoc latius videndum erit in aſtronomicis ſpeculationibꝰ. Di. Corpus conicum quod dicis? Ma. Corpus quod habet angulos. ⁊ eſt q̄ntuplex. ſ. tetrahedron. hexahedron. octohedron. duodechedrō. ⁊ icohedron. Di. Tetrahedrō qd̄ dicis? Ma. Qd̄ ex .4. triangulis iſopleuris eſt conſtitutū. ⁊ habet angulos planos. 12. qui quatuor ſolidos efficiūt. in eo eñ tres plani vnū conſtituūt ſolidum. ⁊ huic ſapientes ignem aſſimulabant: eo q̄ ignis ſub pyramide ſc3 laterata ſurſum videtur ferri Octohedron vero eſt qd̄ ex octo Iſopleuris integrat̄. ⁊ habet angulos planos. 24. ⁊ 6. ſolidos: in eo nāq3 quatuor plani vnum ſolidum faciunt. ⁊ huic ſapientes aerem aſſimulabant: eo q̄ in motu ſurſum ignem ſubſequat̄. Hexahedron eſt quod ex ſex ſuperficiebus quadratis eque lateribus: ⁊ eque triangulis integrat̄: quoꝝ quilibet in quatuor Iſoſceles reſoluitur. ⁊ continet angulos planos viginti q̄tuor ⁊ octo ſolidos. Et alio nomine dicit̄ corpus cubum: teſſere habens ſimilitudinem. ⁊ huic terrā propter eius īmobilitatem aſſimulabāt. Di. Duodechedron quod dicis? Mag. Quod ex ſupficiebus penthagonis 12. integrat̄. ⁊ habet angulos planos. 60. ⁊ ſolidos. 20. In



Corp' ſphe ricu͂.n. 4


ipſo eñ ſemper tres plani vnum ſolidum faciunt. Et huic aſſimulatur totum vniuerſum: in quo ſunt. 12. ſigna. ⁊ gradus. 360. Sic ⁊ in illo corpe ſunt penthagoni duodecim: quorū quilibet in quinq3 Iſopleuros: ⁊ hoꝝ quilibet in ſex Scalenos partitus. 360. Scalenos efficiūt: aut quia cetera omnia inſtar vniuerſi continet. Di. Icohedron qd̄ dicis? Ma. Eſt qd̄ ex. 20. Iſopleuris componitur. ⁊ continet angulos planos. 60. ⁊. 12. ſolidos. in eo enim ſemp q̄nq3 plani vnū ſolidū faciūt. ⁊ hoc corp' aq̄ attribuit̄. 12. eo q̄ aq̄ ſua

fluxibilitate valde mobilis ſit.Et hęc duo vltima in plano haud facile Geo
metrice depingi poſſunt:ſed ſunt vt ſepe apud me vidiſti fili mi inter regu-
laria corpora.

De corporibus irregularibus Ca.XII. Di.


Quę ſunt corpa irregularia? Ma. Quę in ſuis angulis ⁊ la
teribꝫ informitatē nō hñt.⁊ ſunt ouale:lenticulare:colūnare
pyramidale:ſeratile.⁊ ſic de alijs. Di. Quod corpus dicitur
ouale? Ma. Corpus ouale eſt trāſitus portiōis ſemicirculo
minoris chorda fixa manēte ⁊ habet ſimilitudinē oui:in q̄
.ſ.axis lōgior eſt ceteris diametris. Di. Quod eſt lenticula
re? Ma. Eſt trāſitus portiōis ſemicirculo maioris ſup chordam fixā.dia
metro circulo ęqlem.⁊ hꝫ lentis ſimilitudinē.in quo.ſ.axis breuior eſt cete
ris diametris. Di. Qđ eſt colūnare? Ma. Eſt trāſitꝰ paralellogrami rectā
guli latere rectū angulū cōtinente fixo ipa ſupficie donec ad locū redeat cir
cūducta.Sūt aūt colūne q̄dam rotunde:q̄dam ꝟo laterate.ſ.aut q̄drilate-
rare ꝑus columnā rotundā deſcripſimus:ex q̄ alie patere pñt.Et hęc colum
na etiā cylindrus noīatur. Di Corpus pyramidale quotuplex eſt? Mag.
Duplex.ſ.rotundū ⁊ laterale. Di. Corpus pyramidale rotundū qđ eſt?
Ma. Eſt trāſitus trianguli rectāguli altervtro ſuoꝝ lateroꝝ rectū angulū
ꝯtinentiū fixo:⁊ donec ꝟnū ad locū moueri cepit:redeat triāgulo ipo circū
ducto:huius baſis erit circulus. Di. Pyramis laterata q̄ eſt? Ma. Eſt
figura corporea quā ꝯtinēt ſupficies ab vna:q̄rū relique ſunt ad vnū oppo
ſitū punctū ſurſum erecte.In corpe eñi pyramidali laterato cūcte ſupficies
ipm ambiētes ab ipa baſi ad vnū punctū eleuantur:q̄ conus pyramidis dr
Sūt aūt oēs dicte definitiōes cauſales.vt ſcꝫ nō ipe trāſitus:ſed qđ p trāſi
tum cauſat corpus intelligat. Di. Qđ corpus dicis ſeratile? Ma. Corpus
quinq̄ cōtentū ſupficiebus .q̄rum tres ſunt q̄drāgule due ꝟo triāgule.Eſt
eñi oē tale colūna trilatera.ſicut eſt vlna trilatera ſartoris.vñ corpus tale
ſi erigat ſup ſupficiē trilaterā colūne vcꝫ ſ[illegible]litudinē.Si ꝟo erigat ſup ſupfici
em q̄drangulam tecti:aut domus habet figurā.Ois aūt ſupficies ſup quā
corpus erigitur baſis dicit.reliqua ꝟo ſupficies latera noīantur.Vñ cum in
regularibꝫ q̄libet ſupficies poſſit eē baſis:hęc corpora multarum baſium
noīantur:⁊ in pyramide punctus baſi directe oppoſitus conus appellatur.
Hec ⁊ cetera irregularia corpora patent ex his q̄ de numeris Arithmeticis
diſſeruimus.Jamiā his finē imponeremus niſi eorundem theoremata quę
dam tibi ⁊ iucunda ⁊ pernéceſſaria exiſtimarem:in q̄bus aliquas de com
munibus animi cōceptiōibus edicā. Di. Ea igit ſubiun
gas velim. Ma. Faciā:ea tñ lege.vt earundem demon
ſtratiōes ꝓter exēplares nullas:aut ſaltem paucas ponam
Di. Quapropt? Ma. Quia ſingula ad intellectū demō
ſtrare altioris ſpeculationis eſt:⁊ longe maiorem tractatū
requireret q̄ꝫ epitomatis noſtri breuitas admittit. Di.
Fac igitur vt lubet.

Pyramidale rotundū Conus




Basis

Pyramidale lateratū Conus



Basis



Theoremata de pūcto. Ca.XIII. Mag.

Primū igitur de puncto exordiar:de quo quatuor theoremata ponā
tur:quoꝝ primū.Ab oīni pūcto ad punctum contingit rectam lineā
ducere.patet de linea ducta a puncto c ad punctum d. Secundum

Cõtactus lineę ſup lineã aut planũ erecte. Itẽ lineę ꝛ ſphere ſib̃r ꝛ contactus ſpherarũ fit in puncto. Di. Qua de cauſa? Mag. Quia linea latitudinẽ ꝛ ſphera ptem rectã nõ habet. Exempla ſunt de linea ꝛ linea a e b. de linea ꝛ plano f. e g. de ſpheris g h. de linea ꝛ ſphera c f. Tertiũ ꝑ duo aut tria in eadem recta linea pũ


cta impoſſibile eſt circũferentiã circuli trãſire. patet qꝛ alˀs ĩ circlo eſſet aliqua pars plana. Quartũ ꝑ q̃libet tria puncta nõ in eadẽ linea poſita cõtingit circũferentiã circuli ducere. Di. Quo ingenio? Ma. Illo. ſint puncta a b c. poſito pede circini ĩmobili a pũcto a. ꝛ alio vltra medietatẽ extenſo v̾ſus b. deſcribe ſemicircu lũ rurſus poſito pede circini immobili in b. verſus a. ſcd̃z. deſcribe ſemicirculum interſecantẽ priorem in punctis e d. pariformiter alios duos ſemicirculos deſcribas inter b ꝛ c. interſecantes ſeſe in punctis f g. duc lineã rectam per ſectiones e d. Et item aliam per ſectiones f g. interſecantem priorem in pũcto h. qui eſt centrũ in quo pede circini immobili poſito ꝛ alio ad quẽuis dictoꝝ punctoꝝ extẽſo deſcribes circũferentiã puncta data tranſeuntem.


Theoremata de linea Ca. XIIII. Oia.

E linea ponant̃ theoremata nouem. Primum lineę recte ptem eſſe in plano ꝛ ptem ĩ ſublimi eſt impoſſibile ptʒ ex theoremate ſcd̃o de pũcto. Scd̃m oẽs lineę due q̃rum altera alterã ſecat ĩ vna ſup̾ficie ſunt vt lineę a b c d. interſecantes ſe in pũcto f. ſunt ambe in ſup̾ficie a b c d. Tertiũ. Unã ꝛ eãdem lineã eſſe ĩ diuerſis ſup̾ficiebꝫ eſt poſſibile. vt ptʒ de linea in qua due ſup̾ficies ſe interſecant vt ſint ſup̾ficies ſe interſecãtes f g. ꝛ h i. ſectio cõis erit linea k l. q̃ intelligatur ꝑpẽdiculariter ꝛ erecte trãſire ꝑ punctũ c. Hec eñ ſectio (quia cõis eſt) erit in ſup̾ficie f g. ꝛ h i. Quartũ diameter q̃drati eſt incõmẽſurabilis ſiue aſimiter coſte. ꝓbatur qꝛ ſi ſic. numerꝰ par eſſet equalis numero impari qd̃ eſt impoſſibile. patet. Sit q̃dratũ cuiꝰ diameter ſit a b. vt 5. coſta vna a c. vt. 3. ſi igitur diameter eſſet cõmenſurabilis coſtę. tũc a b. diameter haberet ſe ad coſtam a c. vt quadratũ a b. numeri ad q̃dratum numeri a c. ex ſeptima propoſitione decimi Euclidis. Sed quadratũ a b eſt. 25. ꝛ quadratum a c. eſt. 9. Et rurſus quadratum diametri a b. duplum eſt ad quadratum a c. coſtę. vt patebit de triangulis. Igitur numerus. 25. q̃dratus diametri numeri. 5. duplus erit ad. 9. qui eſt numerus q̃dratus coſte a c. Et rurſus. 18. numerus duplus eſt ad. 9. q̃dratũ coſte a c. igitur numerus. 18. eſt. equalis numero. 25. per primam animi cõceptionem Euclidis. q̃ vni ꝛ eidem ſunt equalia ꝛ ſibiinuicem ſunt equalia. Quintũ. Data linea recta ſup punctũ in ea ſignatũ: lineã ꝑpẽdicularẽ ꝯtingit erigere. Di. Huius exm̃ ꝛ modũ ſupponas. Ma. Sit linea data a b. ꝛ punctus ſignatus ĩ ea c poſito pede circini immobili in a. alio extẽſo vltra medietatẽ lineę date deſcribe portionẽ circuli. dehinc poſito pede circini ĩmobili in b. deſcribe aliã portionem circuli verſus a priorem interſecantem in puncto e. ad quẽ ſi protrahat̃ linea a puncto c. erit perpendicularis. ſ. e c. ex definitiõe lineę perpendicularis. Sextum ſi recta linea per duas rectas ceciderit: duoſq; angulos coalternos ſibiinuicem












eq̄les fecerit ille due linee erūt eque diſtantes.vt ſit linea a b hec cadat ſup duas lineas c d.⁊ e f.⁊ ſecet lineā c d.in puncto g.⁊ lineam e f in puncto h.ſit quoq angulus d g h.equalis angulo e h g dico ꝙ linee c g.⁊ e f.ſunt eque diſtantes ⁊ paralellice.patz ex diffinitione. Septimū. Si fuerint due linee vni eque diſtantes:ſibiinuicem eque diſtantes erunt.vt ſint due linee a b c.⁊ c d.quarum vtraq eque diſter linee e f.dico illas duas videlicet a b.⁊ c d.eſſe eque diſtantes:pbatur p p̄cedentē:ſi ſup has ceciderit linea g k Octauū. Duab⁹ lineis ppoſitis tertiam inter eas ſub proportionabilitate cōtinua collocare poſſumus. Di. Quo pacto? Ma. Sint linee date a b.⁊ b d.quas coniungam.⁊ ſit linea a d.ſuper quā ꝯſtituo ſemicirculū:⁊ a puncto b.ad circūferentiā duco lineam b c.hec erit linea q̄ſita:⁊ p hunc modū inuenitur linea media inter coſtam ⁊ diametrū. Nonū. Lineā ppoſitā ſm pportionē habentē mediū in duo extrema ꝯtingit ſecare.cū.ſ.ſic tota linea habebit ſe ad ptem maiorē ſic maior ad minorē. Di. Quo pacto? Ma. Eo.ſit linea diuidenda a b ex ipſa deſcribatur quadratum a b c d.cuius latus d b.diuido in duo equalia in puncto e.a quo duco lineam l a.ad huius lōgitudinē pduco e b.vſq ad f.ita vt e f ſit equalis e a. Et rurſus ex portione b f.ꝯſtituo quadratum qđ ex ea latere a b reſecat portionem eq̄lem b f.q̄ ſit b h.⁊ quadratū deſcriptū ſit b f h g.erit a b.in puncto a diuiſa ſm pportionē hñtem mediū ⁊ duo extrema. Itaq q̄dratū qđ puenit ex ductu ptis minoris.ſ.a h.in totā lineā vz a b.tantum eſt quantum q̄dratum qđ prouenit ex ductu ptis maioris in ſe.hoc aūt in numeris eſt impoſſibile. Di Quid eſt lineā in ſe ducere? Ma. Eſt q̄dratū eius deſcribere:ad qđ in potentia eſt. Et linea ſic in ſe ducta eſt latus q̄drati ⁊ radix illius quadrati dicit: quemadmodū de radice numeri.diximus.vt in p̄ori exemplo.lineā b h.in ſe ducere eſt additis alijs trib⁹ lineis equalib⁹ q̄dratum ipſius conſtituere quod eſt b h f g.










Theoremata de angulo Ca.XV.Ma.

Anguli theoremata ponunt q̄nq.quor p̄mū. Oīs recte linee ſup rectā lineam ſtantis duo vtrobiq anguli ſunt recti aut duob⁹ rectis equales. Di. Qn̄ ſunt recti? Ma. Cū linea recta ſup rectam pperpendiculariter ſteterit. Cū vo ppendiculariter nō anguli duob⁹ rectis equales ſunt:vnus.ſ.acutus ⁊ alter obtuſus. Exempla ſunt linea a b.ſup quā ſterit linea c d. perpēdiculariter e f.oblique. Scđm. Oīm duar linear ſe ſecantiū anguli oppoſiti ſunt equales.vt ſint linee a b c d.interſecātes ſe in puncto o.erūt anguli k l.equales:ſilr h e. Ex hac ⁊ precedenti cōcluditur ꝙ oēs anguli aliquod ſpaciū circūſtantes valēt q̄tuor rectos. Si aūt ſpaciū in ptes diuiſum fuerit angulos. Tertium. Theorema qđ ſiliter ſex p̄cedentibus concluditur tale eſt Si duobus lineis eque diſtantibus linea ſuperuenerit duo anguli coalterni equales erunt. Et angulus extrinſecus angulo intrinſeco ſibi oppoſito equalis erit:⁊ duo anguli intrinſeci ex alterutra parte conſtituti duobus rectis equales erunt.vt poſito ꝙ ſint due










lineę a b.⁊ c d.equę diſtantes:ſup quas cadat linea e f. ſecās eas in punctis g.⁊ h.anguli.g ⁊ h ſunt coalterni ⁊ ęq̄les.⁊ angulus extrinſecus k.eſt equalis angulo intrinſeco ſibi oppoſito.⁊ anguli intrinſeci m ⁊ n.duob⁹ rectis ſunt ęq̄les.Quartū Om̄is angulus ſolid⁹ q̄tuor rectis et planis minor eſt.vt p3 in angulo o.Quintū.Om̄is rectilineus infinitis angulis contingentię maior eſt.vt angulus rectilineus a maior eſt angulis ꝯtingentie e b.nec creſcere poterit angulus cōtingentie do nec ad equalitatē recti ꝑueniat.licet ſemꝑ ꝓpius accederet:ſi eī̄ rectitudinē attingeret:iā nō angul⁹ ꝯtingētie ſed rect⁹ eēt.


Theoremata de ſuꝑficie. Ca.XVI. Ma.



E ſuꝑficieb⁹ in gn̄e theoremata.5.ſūt.Quoꝝ p̄mus Suꝑficies ſiles ſunt.quaꝝ anguli vni⁹ angulis alterius ſunt ęq̄les:lateraq̄ꝫ angulos equos cōtinentia ſūt ꝓportionabilia.vt triāgulus a b c. ſilis eſt triangulo a d e.q2 angul⁹ c.ęq̄lis eſt angulo d.q2 ambo recti.⁊ angulus f.ęq̄lis angulo e.q̄m coalterni.⁊ ſilr angul⁹ b angulo b latera q̄ꝫ hos angulos ꝯtinētia ſunt ꝓportionabilia.Nā ſicut ſe h3 latus b c.ad latus c a.ita ſe h3 latus a d.ad lat⁹ d e.amplior hui⁹ theorematis deductio patebit infra in praxi.Scōm Suꝑficies mutekefia.i.mutuoꝝ laterū ſunt:inter quoꝝ latera incōtinuata ꝓportionalitas retrāſitiue habet.vt ſunt.ſuꝑficies.c d f.⁊ b a c.In his eī̄ ꝓportio lateris a b. ſe h3 ad ꝓportionē lateris d e.ſic ꝓportio lateris e f.ad ꝓportionē lateris b c. Tertiū.ſuꝑficies erecta eſt ſup ſuꝑficiem:cū ab eodē puncto lineę q̄ eſt termin⁹ cōis illaꝝ ſuꝑficierū due lineę ꝑpendiculares ſuꝑſtant rectū ꝯtinētes angulū:et in eiſdē ſuꝑficieb⁹ ſitę ſūt. Di. Exemplū addas. Ma. Sit ſuꝑficies iacens c d e f.⁊ ſuꝑficies erecta ſup hanc.a b c d.Eſt itaq̄ꝫ linea cōis terminus haꝝ c d.in q̄ ſignato puncto g.ptrahant due lineę ꝑpendiculares.f.g h.in ſuꝑficie erecta.⁊ g k in iacēte.Si hę lineę angulū rectū ꝯtinēt.f.g ſuꝑficies a b c d. orthogonalr erecta eſt ſup ſuꝑficiē c d e f. vt ꝓponit theorema. Quartū. Suꝑficies eque diſtāt q̄ ſi in īfinitū ptrahant nō ꝯcurrūt vt ſūt a b c d ⁊ e f g h. Quintū.Quelib ſuꝑficies rectilinea aut eſt trigona aut in trigonos reſoluēda.Ex q̄ p3 trigonū eſſe p̄mā ſuꝑficierū angulariū.vt ſuꝑficies q̄drangula in duos reſoluit trigonos.f.a b c d. reſoluit in trigonū a b c.⁊ c d a.








De Triangulo. Capitulū.XVII. Di.

Quoniā trigonū ſuꝑficieꝝ angulariū p̄mā dicis:de coſi q̄ habes theoremata edicito. Ma.Pręm q̄ꝫpla:ſed ne epitomatē excedā modū ex his tm̄.xi.ponā:q̄ꝝ p̄mū.Ois triāguli angul⁹ extrinſec⁹ duob⁹ itrinſecis ſibi oppoſitē ē ęq̄lis.vt ſit triāgul⁹ a b c.cui⁹ latus b c.ptrahat vſq̄ꝫ ad d. Erit c angul⁹ extrīſec⁹ duob⁹ angulē intrīſecis ſibi oppoſitē.f.a ⁊ b.ęq̄lis. ꝓbat ſic.a pūcto c.ptrahat linea e f. ęq̄ diſtās lineę a b.⁊ diuiſ⁹ ē angul⁹ c. extrīſecus in duos āgulos.f.e ⁊ g. eritq̄ꝫ angul⁹ e. ęq̄lis angulo a.ꝑ tertiū theorema de angulē:q2 ſunt coalterni. Et angulus g.extrinſec⁹ ęq̄lis angulo b.itrinſeco ſibi oppoſito:ꝑ ſcōaꝫ ptē eiuſdē theorematē.q̄re tot⁹ angul⁹ itrinſec⁹ c.ęq̄lis ē duob⁹ itriſecis ſibi oppoſi










tis:q̄ ſunt a ⁊ b.qđ fuit ꝓbandū.Scđm.Oīs triangul⁹ habet tres angulos eq̄les duob⁹ rectis. vt ſit triangulus a b c.ꝓduco lineā b c.vſq̄ ad d.cauſat angul⁹ extrinſec⁹ e.⁊ q2 anguli c ⁊ e.duob⁹ rectis ſūt eq̄les ꝑ theorema primū de angulis.⁊ angul⁹ extrinſec⁹ e.eq̄lis eſt angulis intrinſecis ſibi.ſcʒ a ⁊ b.ꝑ ꝓcedēs theorema.erūt itaq̄ tres anguli.ſ.a b c.eq̄les duob⁹ rectis:qđ fuit ꝓbandū.Tertiū.oīs trianguli duo q̄liber anguli duob⁹ rectis ſūt minores.ꝓbat q2 tres duob⁹ rectis ſunt eq̄les.igit ſi vnū demas: remanentes erūt minores.vł ſic.ſit triangul⁹ a b c.cui⁹ lat⁹ b c.ꝓtrahat in d.ſit angul⁹ extrinſec⁹ e.q̄ maior eſt angulo a vł b.ex theoremate ꝓxīe ꝓcedēti:⁊ angul⁹ extrinſec⁹ e.cū angulo extrinſeco c.eſt eq̄lis duob⁹ rectis ex pmo theoremate de angulo.igit anguli intrinſeci b ⁊ c.ſūt duob⁹ rectis minores ſilr anguli intrinſeci a ⁊ c. Idē ꝓbat eodē mō de angul a ⁊ b.ſi ꝓtrahat linea b a.in f.Quartū eq̄les ſūt ſibi cuncti trianguli q̄ ſuper eandē baſim atq̄ inter duas lineas eque diſtātes ſūt ꝯſtituti vt triāgulus a b c.⁊ d b c ꝯſtituti ſūt ſup baſim b c.īter duas lineas eq̄ diſtātes ſūt ꝯſtituti vt triangul⁹ a b c.⁊ d b c.cōſtituti ſūt ſup baſim b c.īter lineas eque diſtātes:q̄ ſūt a e ⁊ b f.Pʒ q2 tales trianguli dimidia ſūt q̄drati ſup eandē baſim ꝯſtituti. Quintū in oī triāgulo duū eq̄liū laterū vterq̄ angulorum q̄ ſūt ad baſim ē minor recto:⁊ vn⁹ alteri ē eq̄lis.vt ſit triāgul⁹ a b c cui⁹ latera a b.⁊ a c.ſīt eq̄lia:erit b c baſis.⁊ angulus b minor recto:⁊ angul⁹ c minor recto.⁊ angulus b eq̄lis angulo c.Ex q̄ ſequit q̄ ſi alicui⁹ trianguli duo anguli eq̄les fuerint: duo latera equos angulos reſpicientia erūt eq̄lia.vt in dicto triāgulo latera a b.⁊ a c. reſpiciētia eq̄s angulos b ⁊ c.ſunt eq̄lia.Sextū.oīs trianguli duo q̄liber latera ſil iuncta reliq̄ ſūt longiora.vt ſit triangulus a b.erūt latera a b.⁊ a c. ſimul iuncta longiora latere b c. Septimū. oīs trianguli longi⁹ latus angulo maiori oppoſitū eſt.vt in dato triāgulo:angul⁹ maior eſt a.cui opponit lat⁹ b c.qđ maius eſt lateri a b.vel a c.Octauū.In oīm triangulo rectangulo q̄dratū: qđ a latere rectangulo oppoſito ī ſemetipſo ducto deſcribit: equū eſt duobus quadratis q̄ ex duobus reliquis lateribus deſcribunt.vt ſit triangulus rectangulus a b c.cui⁹ angulus ſit a rect⁹: erit quadratū lateris b c equale duobus quadratis laterum a b.et a c.et quod dictū eſt de quadratis habet etiam veritatem de alijs ſuperficiebus ex trianguli laterib⁹ deſcriptis in lineatione ⁊ creatione ſimilib⁹.vt triangulus origonius conſtitutus ex latere b c.equalis eſt duobus triangulis origonijs conſtitutis ex laterib⁹ a b.et a c. Diſci. Quantum autē poteſt latus ampligonij quod obtuſo angulo ſubtenditur reſpectu aliorum laterum? Ma. tanto amplius poteſt quantū eſt qđ cōtinet bis ſub vno eorum atq̄ ea linea q̄ ſibi directe iuncta ad obtuſum angulū a ꝑpendiculari extra de





















BOUND BY W. PRATT


















ꝑpendicñ vt ſit triangulus ampligonius a b c.cuius angulus a eſt obtuſus.ducat itaq̃ a pũcto c.linea ꝑpendicularis ad lineã a b.q̃ neceſſario cadet extra triangulum.ꝑtrahatur igit lineã a b.ꝛ tãget hãc ꝑpẽdicularẽ i pũcto d.erit itaq̃ quadratũ lateris b c.tanto maius duob̃ q̃dratis laterũ a b.ꝛ a c.q̃tũ eſt id q̃d fit ex b a.in a d.bis. Di. Quãtum ꝟo põt latus exigonij angulo acuto ſubtẽſo reſpectu alioꝛ duoꝝ lateꝝ: Ma. Tanto minus põt ipis quantũ eſt q̃d bis continet ſub vno coꝝ lateꝝ:cui ſcʒ perpendicularis ſubſtat:ꝛ ea pte ſui q̃ ꝑpendicularis ꝛ angulo acuto interiacet.vt ſit triangulus exigonius a b c.cuius angulus c.ſit acutus:duco ꝑpendicularẽ ab angulo a ad lineã b c.in puncto d erit itaq̃ q̃dratũ lateris a b tãto minus q̃dratis laterũ a c ꝛ b c q̃tum eſt id q̃d fit ex b c i d c bis Et q̃d iam dictũ eſt de latere ſubtenſo angulo acuto in ampligonio vl' orthogonio Nonũ Si aliq̃ ab anguloꝝ triãguli linea recta ad baſim ducta:illũ angulũ ꝑ equalia ſecet due ptes baſis reliq̃s eiuſdem trianguli ꝓportionales ſunt vt ſit triangulus a b c.ꝛ angulum a diuidat ꝑ eq̃lia linea ꝑpendicularis a d.ducta ad baſim b c.erũt ptes baſis.ſ.b d ꝛ d c.ꝓportionales lateribus a b.ꝛ a c.q̃d facile ptʒ in nũeris:patebit infra in praxi.Decimũ.Si ab orthogonij angulo recto ad baſim linee ꝑpendicularis ducatur erit ipa ꝑpendicularis inter duas ſectiões ipius baſis ꝓportionalis ꝛ vtrũq̃ latus inter totã baſim atq̃ ſibi cõterminalem baſis portionẽ.vt ſit triangulus a b c.a cuius angulo recto a ducat a d.ꝑpendicularis ad baſim b c.erit linea a d.ꝓportiõalis parti baſis b d.ꝛ d c.Et ſicut tota baſis ad latus a c.vl' a b.ſic latus a c ad ptem baſis d c.ꝛ latus a b ad ptẽ baſis b d.ꝛ hec quoq̃ infra manifeſta erit Undecimũ.Oĩm duoꝝ trianguloꝝ quoq̃ anguli vni' angulis alterius ſunt eq̃les:latera equos ãgulos reſpiciẽtia ſunt ꝓportionabilia.vt ſint trianguli a d e.ꝛ a b c.quoꝝ angulus d.eſt equalis angulo b.ꝛ angulus a angulo e.ꝛ angulus f angulo c.Ob id latera a.ꝛ d e.ſunt ꝓportionabilia laterib̃ a b.ꝛ b c Nã ſicut ſe habet lat' d e.ad lat' a d.ſic ſe habet latus a b.ad lat' b c.Ex hoc theorema te mira cõcludi poſſunt.ꝓbatũ ẽ partim ſup theoremate pmo de ſupficie.Latius aũt infra in praxi deducet.


De quadrangulo. Ca.XVIII. Ma.

E Quadrangulo hec ponant theoremata.Primũ Oĩs palellogrami ſpacij ea q̃dem q̃ diameter ſecat ꝑ mediũ palellograma circa eandem diametꝝ cõſiſtere dñr.vt ſit ſpaciũ palellogrami a b c.cui' diameter ſit a d quẽ diuidant due linee e f.ꝛ g h.ducte eque diſtanter laterib̃ oppoſiti dicti palellogrami ſecantes ſe ſup diametrum in pũcto k ꝛ erit totũ hoc ſpaciũ diuiſum i q̃tuor rectãgula q̃ꝝ duo q̃ diameter ſecat ꝑ mediũ vʒ a h e k ꝛ k f g d.circa diametrũ cõſiſtunt:ꝛ reliqua duo ſcilicet h b k f.ꝛ e




Rcg ſupplemēta dicunt͡ᵉ:ꝛ ſunt ſemꝑ ſibi inuicem ęq̃lia:q̄ ambo ſumpta cū vno parallelogramorum circa diametrū ꝯſiſtentiū:cōſtituūt gnomonē:cui ſi addat͡ᵉ aliud parallelogramū circa eandē conſiſtens diametrū totū pallelogramū integratū eſt.Uñ patz dictū Ariſtotelis in ꝑdicamētis.vbi.dicit.parallelogramum addito gnonome ipm̄ creſcit:ſed nō alterat͡ᵉ.Secundū duobꝫ quadratis aſſignatū tertium datū ęquale ꝯſtituere facile eſt ꝓbabile:ſint enī q̄drata duo data a b c d.ꝛ e f g h.ꝓtrahat͡ᵉ latus ac i directo ꝓſus l.donec c l.ęquale ſit vni laterū q̄drati e f g h ꝛ a puncto l ducat͡ᵉ linea recta ad punctū d.et ſit triangulus rectangulus c d l cuius latus d l oppoſitū angulo recto c.ꝗ q̄dratū deſcriptū a latere d l equū erit duobꝫ q̄dratis deſcriptis a laterib' c d ꝛ l ꝑ nonū theorema ꝺ triangulo.ꝛ rurſus ex linea d l circa q̄dratū a b c d deſcribat͡ᵉ gnomo:q̄ erit q̄drato e f g h ęqualis:qđ ſic ꝓz.Nā totū q̄dratū d l includit duo q̄drata a b c d ꝛ f g h.vt ꝓbatū eſt.Igit͡ᵉ dēpto ab eo q̄drato a b c d q̄ remanet gnomo equ' eſt reliquo q̄drato e f g h.Tertiū oēs ſupficies ęq̄diſtantiū laterū ſup vnā baſim:atqꝫ in eiſdem alternis lineis ꝯſtitutę ſunt ęquales vt ſint lineę alternę ęq̄diſtātes a b ꝛ c d.Inter q̄s ꝯſtituta duas ſupficies ęq̄diſtantiū laterū ſcꝫ a f c e ꝛ g c h e ſup eandē baſim c e ꝛ erūt ęq̄les.







Quartū ſi paralellogramū ꝛ triangulus in eadem baſi ꝛ in eiſdem alternis lineis fuerint cōſtituta:paralellogramum triāgulo duplum eſt vt ſint alternę lineę ęq̄diſtātes a b ꝛ c d int͡ᵉ q̄s ꝯſtituat͡ᵉ palelelogramū a e c f ſup baſim c f.qđ diuidat͡ᵉ i duo ꝑ diametrū a f.ſit triāgulus a c f ſup eadē baſi c f ad quē pallogramū a e c f duplū eſt q: ꝯtinet ipm̄ ꝛ ei ęq̄lem ſcꝫ a e f ꝛ dictū parallelogramū erit ſimilr duplū ad triāgulū c h f in eadem baſi ꝯſtituto:q: triangulus c h f ęq̄lis eſt triāgulo a c f.ex theoremate q̄nto de triāgulo.




Quintū.ſi fuerit d linea l duas q̄ntaſcūqꝫ ꝑtes diuiſa: q̄dratū qđ ſit ex ductu totius lineę in alterā ei' ꝑtem ęq̄le eſt q̄dratis q̄ ex ductu eiuſdem ꝑtis in ſeipam ꝛ alteri' in alterā fit.vt ſit linea a b.diuiſa in a c ꝛ c b.erit q̄dratū d a e b ꝯſtitutū ex linea a b ꝛ a e equale q̄drato ꝯſtituto ex a c qđ eſt d f a c ꝛ q̄drato f e c b qđ fit ex ductu lineę a e in c b.Qđ facile claret in nūeris.vt ſit tota linea a b vt 7 ꝑars a c.3.ꝛ pars c b.4.erit q̄dratū ex b c ꝛ a c.21.q: ter ſeptē ſunt.21.ꝛ q̄dratū a c.9.nā ter tria ſunt nouem.ꝛ q̄dratū ex a c ꝛ c b.duodeci eo ꝙ ter q̄tuoꝛ ſunt duodeci.Hec aūt q̄drata ſil' iūcta.9.ſcꝫ ꝛ.12.faciūt.21.ęq̄le quadrato ꝑori.Et non ſolum






hoc theorema in nũeris: ſed ⁊ plura alia demõſtrari poſſunt que breuitatis cauſa ſilentio trãſire libuit. Sextũ. Si fuerit linea in duas ptes diuiſa: quadratũ qđ ex ductu toti⁹ in ſe ipam fit: equũ eſt his que ex ductu vtriuſq; ptis in ſeipam ⁊ alteri⁹ in alterã bis fiunt vt ſit linea a b. 8. diuiſa in c ⁊ habeat linea a c. 6. et linea c b 2. erit q̃dratus ex tota linea a b. 64. ⁊ q̃dratũ linee a c. 36. ⁊ q̃dratũ c b. 4. ⁊ q̃dratus a c in c b. 12. ⁊ rurſus q̃dratum a c in c b. 12. q̃ vltima q̃tuor ſil' iuncta: faciũt. 64. quib⁹ equat q̃dratus p̃mus qđ fit f g a b. ex quo concludit q parallelograma duo toti⁹ p que tranſit diameter ſunt ambo q̃drata. Valet hoc theorema p intellectu theorematis ſeptimi de triangulo.




De circulo theoremata Cap. XIX. Ma.


De circulo hec ponunt theoremata. Primũ. Circulos quoꝝ diametri equales fuerint: eq̃les eſſe neceſſe eſt. vt ſunt circuli a ⁊ b. Scđm. Circuli ꝓpoſiti facile ẽ centrũ reperire. Di. Quo ingenio? Ma. Iſto. Sit circul⁹ dat⁹ a b c. cui⁹ centrũ querit: duc in circulo vbi placuerit lineã a c. applicãtẽ extremitates ſuas circũferẽtie ex vtraq; pte. quã diuide p duo eq̃lia in puncto d. a quo duc lineã ꝑpendicularẽ ad lineã a c. cui⁹ extremitates applicent circũferẽtie ex vtraq; pte: quã rurſus diuide p equalia in puncto f q̃ ⁊ centrũ circuli eſt queſitũ. Uel aliter ſic. In circũferentia circuli dati ſigna tria puncta: cũ q̃bus opare: vt in q̃rto theoremate de puncto dictum eſt. Tertiũ. Circuloꝝ ſe ſecantiũ centra ſunt diuerſa: nec alter alterũ plus q̃ in duobus locis ſecare pot. vt patz in circulis a b c et d e f quoꝝ primi centrũ eſt k. ſecundi eſt l. ⁊ interſecant ſe in punctis in n. Quartũ. Circulus intrinſecus circulum contingens: nõ idem centrũ cũ eo quẽ contingit neceſſario habebit. vt patet in circulis a b c et d e f quoꝝ primi centrũ eſt o: ſcđi e. Quintũ. Si circulus circulũ cõtingat: ſiue intrinſec⁹: ſiue extrinſecus in vnũ tm̃ loco contingere neceſſe eſt. patet primũ in circulis iam prime datis. ſecundũ videbis in circulis a ⁊ b. qui ſe contingunt in puncto e. Circulus autẽ circulũ contingit quez tangẽdo non interſecat. Unũ vero circulum ſex equales poſſunt cõtingere. ⁊ ſphere duodecim vnam equalẽ contingere poſſunt. Sextũ. Angulus a linea recta ⁊ circulo quẽ contingit ↄtentus oim acutorum eſt acutiſſimus. Is vero qui continet a diametro ⁊ circũferentia oim acutoꝝ eſt ampliſſimus. patet in circulo dicto. a. quez ↄtingit linea e f. erit angulus e acutiſſim⁹: ⁊ angulus p. oim acutoꝝ maxim⁹. ⁊ quãto circulus maior fuerit: tanto angul⁹ ↄtingẽtie minor. ⁊ quãto circulus minor fuerit: tanto angulus contingẽtie eſt maior. ſupplementũ huius eſt ſupra in vltimo theoremate de angulo. Di. Quam lineam circulus cõtingere dicis? Ma. Que cum circulũ cõtingit in vtrãq; partẽ erecta circulum nõ ſecat. Septimũ. Si intra circulũ angulus ſup centrũ cõſiſtat. alius vero ſupra circũferentiã cõſiſtẽs eandẽ baſim habeat: q̃ ſup centrũ ẽ ad reliquum duplus eſt. vt patet in angulis a b







quoꝝ angul⁹ a duplus eſt ad angulū b ⁊ habēt baſim cōmu‑nem.i.e. Octauū. Angulus rectiline⁹ ſemicirculi ſup arcū ↄſiſtēs rect⁹ eſt: in portiōe vo ſemicircl'o minore: maiorā: porti‑tiōe aūt maiore recto minor ē. vt pꝫ ꝺ angul' a b c q̄ꝝ angu‑lus a eſt rect⁹. āgulus b recto minor ⁊ angl'us c recto maior. Nonū Oīm duoꝝ circuloꝝ eſt ꝓportio vni⁹ ad alterū ſic q̄‑drati diametri vni⁹ ad q̄dratū diametri alteri⁹ vt pꝫ in circu‑lis a ⁊ b q̄ ſunt in ꝓportione dupla. Decimū. Arcū dati hoc pacto ↄtingit p eq̄lia diuidere ſit arcus diuidēdus a b c cui⁹ chorda eſt b c pone pedē circini imobilē in pūcto b. extende alīū vſq̄ ad arcū ſup quē portionē deſcribas: arcū dati iter‑ſecantē q̄ facto: pone pedē circini imobilē in c ⁊ aliā portionē dictā interſecantē deſcribas: ⁊ pūctus interſectionis erit: in q̄ arc⁹ dat⁹ eſt p eq̄lia diuiſus. Undecimū. Oīs triāguli eq̄lateri. qꝺ a latere vno quadratū deſcribit: triplū. eſt q̄dratū dimidij diametri circuli: a quo triāgulus ipſe circūſcribit. vt ſit circulus a b c et triangulus inſcriptus ſilr a b c. Dico q̄ quadratū lateris b c triplū eſt ad quadratū d e.







De figuraꝝ inſcriptione theoremata. Ca.XX. Di.






Cum pl'a de angl'is lineis aut ſupficieb⁹ dare poſſes theoremata: Ma. Poſſem: ſed ea oīa ponere nō tā necariū eſſet ad intentionē nrām q̄ laborioſū. Nā ea tm̄ tradere placuit q̄ ad praxim imediati⁹ vti ↄuenient: ad quā etiā figuraꝝ inſcriptio deſinet. Ob id de ea q̄ theoremata q̄dā ponēda ſunt. Di. Atm̄ p̄mū edicito: q̄ ſupficies alteri inſcribit: Ma. Que latera ei⁹ cui inſcribit vno q̄ anguloꝝ ſuoꝝ intrinſece ↄtingit. Circūſcribit vo figura figure cui⁹ latera: ei⁹ cui circūſcribit oēs angulos ↄtingit. vt pꝫ in triāgulis a b c et d e f quoꝝ primus circūſcribit ſcꝺo ⁊ ſcꝺus inſcribit primo. Di. Nūc ſi q̄ habes theoremata dicas: Ma. Primū eſt tale. Intra datū triangulū pōt circul⁹ inſcribi. Di. Quō: Ma. Illo ſit triangul⁹ a b c cui⁹ latus a b diuidas in duo eq̄lia i pūncto e. a quo ducas lineā rectā in angulū c. rurſus diuidas lat⁹ a c in duo eq̄lia in pūcto f. a quo linea recta ducta in angulū b ſecabit lineā e c in pūcto d q̄ erit centrū circli inſcribēdi. Secundū dato trigono orthogonio: h̄ pacto ↄtingit circulū circūſcribere. Sit trigon⁹ a b c. cui⁹ angul⁹ rect⁹ a erit b c lat⁹ lōgius qꝺ diuidas in duo equalia in pūcto d q̄ erit centrū circli circūſcribēdi. Tertiū dato trigono oxigonio circulū circūſcribe poſſum⁹ h̄ mō. ſit triangulus a b c. cui⁹ latus a b diuidat in puncto e. a quo ducat linea recta i angulū c. Et rurſ⁹ diuidat lat⁹ a c i pūcto f a quo ducta linea recta i angulū b ſecabit lineā e c. in pūcto d q̄ ē centrū circli circūſcribēdi: erit q̄dratū cui⁹ lib3 lateris trigōi iſcpti triplū ad q̄dratū dia










metri dimidie circuli circũſcripti: quod facile pbat̃ ex theoremate
tio' de trigono. Quartũ dato trigono ampligonio circulũ circũ-
ſcribere poſſum': hoc pacto ſit trigon' a b c. cuius angulus a ob-
tuſus erit latus b c lõgius: qḋ diuidat̃ in duo eq̃lia in puncto h.
per quẽ ⁊ angulũ a. ducat̃ linea a h f. dupla aut maior linee a h
Rurſus diuidat̃ lat' a c. in duo eq̃lia in pũcto e. a quo ducat̃ p
pendicularis: donec interſecet lineã a h f. in pũcto g. q̄ erit centrũ
circuli circũſcribendũ. Quintũ dato circulo trigonũ orthogoniũ
inſcribere: erit diameter circuli dati lat' lõgius angulo recto op
poſitũ: ⁊ medietas ſemicirculi angulus rectus. Dato vero circulo
ſi trigonũ ampligoniũ inſcribere placuerit: erit corda portionis
minoris lat' angulo obtuſo oppoſitũ: ⁊ medietas arcus angulus
obtuſus. Si aũt dato circlo trigonus oxigonius inſcribẽdus fue
rit diuidat̃ circũferẽtia in tria eq̃lia: ⁊ pũcta diuiſionis erũt an
guli trigoni oxigonij: a q̃bꝫ latera ſunt ducẽda exẽpla patẽt in. ij
iij. ⁊ iiij. theorematibꝫ pdictis. Sextũ non modo circulũ trigon':
ſed q̃dratus põt inſcribi. Di. Quo ingenio? Ma. Sit circulus
a b c d. ⁊ centrũ e. p qḋ ducã duos diametros ſe orthogonalit̃ in-
terſecantes: quarũ extremitates erũt anguli q̃drati: q̃bus ptra
ctis lateribꝫ emerget quadratũ queſitũ. Septimũ. Intra datum
quadratũ contingit circulũ inſcribere. Di. Quo pacto? Mag.
Sit q̃dratũ a b c d. diuidat̃ vnũquodq; latus in duo eq̃lia in pũ
ctis e f g h. a quibꝫ ducant̃ due linee interſecãtes ſe orthogonali
ter in k. qui eſt centrũ circuli queſiti. Octauo. Circa ppoſitũ cir-
culũ quadratũ deſcribere. vt ſit circulus datus a b c d. cui' centrũ
e. per qḋ duco duos diametros interſecantes ſe orthogonaliter:
a quarũ extremitatibꝫ duco lineas orthogonales ſeſe tangẽtes in
punctis f g h k. quadratũ circa datũ circulũ cõſtituentes. Nonũ
Circa datũ quadratũ circulũ deſcribere: ſit q̃dratũ a b c d. pdu-
cam in eo duos diametros interſecãtes ſe in pũcto e. qui erit cẽ-
trũ circuli circũſcripti. Decimũ. Intra datũ circulũ penthagonũ
equiangulũ deſcribere. ſit circulus cui' centrũ f. diuidat̃ eius cir-
cũferentia in. 5. equalia: in punctis a b c d e. que lineis cõiuncta
penthagonũ queſitũ conſtituũt. Et ſi ab angulo a. in angulũ c.
Et rurſus ab angulo b in e. rectã lineã duxeris: quelibet harũ al-
terã diuidet ſm pportionem habentẽ me
dium: ⁊ duo extrema: ⁊ maior pportio la-
teri penthagoni equalis erit. Undecimum
Circa circulũ datum penthagonũ equian
gulũ deſcribere: ſit circulus cuius centrum
f. cuius circũferentia diuidat̃ in. 5. equalia
in punctis a b c d e. tractis totidẽ a cen-
tro ad hec puncta lineis: ſup q̃s ſingulas
pduco orthogonales ſeſe in pũctis g h k l
m ɔtingentes: atq; penthagonũ queſitũ
cõtinentes. Duodecimũ. Intra penthago-
num datum circulũ deſcribere. ſit penthagonus a b c d e. cui' la-
tus a b. diuidat̃ in duo eq̃ in pũcto h. a quo ducat̃ linea recta in
angulũ d. Rurſus diuidat̃ latus b c. in puncto g. a quo ducat̃ li-
nea recta in punctũ e. hec interſecabit lineã h d. in puncto f. qui



















eſt centꝛ circuli inſcribendi. Et eo ingenio alias qſcūq; multiangulorꝝ figuras circulo: ⁊ rurſus circulū ipſis: ⁊ inſup figuras angulares angularib⁹ inſcribere aut circūſcribere liquide dinoſces.


Theoremata de corpe. Ca. XXI.

D. Anc q̄dē vt ais figuras planas planis inſcribere ⁊ circūſcribere ex dictis intelligo: figurarꝝ adiutus deſcriptione: de corpibus vero an idem ſit iudiciū: necne nōdum acc̄epi: quapropt̄ ⁊ corporꝝ ſi q̄ habes theoremata ſubiungas. Ma. Corporꝝ theoremata varia ⁊ quidē ꝑpulchra ſunt: at vero in plano (quēadmodū ſupficies) deſcribi nō poſſunt: difficillimū eſt intellectum in mathematicis minus bene vſitatū eiuſdē ſpeculationes poſſe prima fronte apphēndere. Tuis tamē ſemꝑ acq̄eſcens petitionibus: de regularibus ſaltē aliqua ponam theoremata. Primū. tn̄ regularia ⁊ nō oīa locū ſunt repletiua. Di. Aſſentio minime. Mag. Quapropter? Di. Quia omne corpus in loco eſt. ⁊ eū in quo eſt replet. ⁊ ab eodē circūſcribit̄. Mag. Verū qd̄ argumētaris de repletione phiſica (de qua in naturalib⁹) non aūt de repletione mathematica: circa quā hęc noſtra verſat̄ diſceptatio. Di. Quid eſt replere locum mathematice? Ma. Replere locū mathematice dupliciť ↄtingit. ſ. ſm ſupficiem: ⁊ ſm corpus. Replere autē locum ſm ſupficie: neſt totū ſpacium circūſtans aliquē punctū in ſupficie plana ſupficiebus occupare. tale autē ſpacium cū quatuor rectos valeat angulos (vti viſum eſt in ſcđo theoremate de angulo) ab his tn̄ ſupficiebus replet̄: quarū aliqui anguli iuncti q̄tuor rectos valent. vt ſunt Trigonus. Tetragonus. ⁊ Hexagonus. vnde ſex trianguli Iſopleuri: quatuor Tetragoni: ⁊ tres Hexagoni locuꝫ replent. vt patet in figuris.


Sex yſopleuri



Quattuor Tetragon




Tria Exagon




Di. Quid eſt replere locum ſm corpus? Ma. Eſt circa punctū in corpe cōſtitutū totū ſpaciū vndequaq; adimplere: ex q̄ claret h̄ corpus ſolū locum replere: qđ ſm angulū ſuuꝫ ſolidum aliquotiēs ſumptū circa punctū vnū: totū ſpacium vndequaq; occupabit. vt eſt videre in cubis: q̄r octo angulariť iuncti locum replent corpaliter. Di. Quid de alijs regularib⁹ corpibus? Ma. Cetera corpora regulari locum nō replent: pyramide dempto. d̄ quo nō parua inter mathematice pfeſſores diſceptatio fuit: ⁊ adhuc ſub iudice lis eſt. Nam q̄dam pyramides duodecim. alij viginti. nōnulli aūt vigintiq̄tuor locum replere demōſtrare conati ſunt. At v̄o qui mathematice dogmata rimant̄ ſubtilius aſtruere nitunť pyramidē regularē: quotienſcūq; multiplicatā loci ptinentiā localē nō poſſe replere. De his tn̄ ad p̄ſens me (q: ꝑma traditur⁹ ſum rudimēta) admonuiſſe magis q̄ demōſtraſſe ſufficiat. Ad reliq. tranſea⁹.


De inſcriptione mutua regularium corporꝫ. Et de inſcriptione oīm regularū vni ⁊ eidē ſphere. Ca. xxij.

S Ecundū de corporib⁹ theorema eſt tale. Corpora regularia a ſe inuicē ⁊ a ſphera ſunt circūſcriptibilia. Di. Que poſ ſunt inſcribi pyramidi? Ma. Tantū octohedrō. Et rurſus ipſi octohedron pyramis ⁊ cubus pn̄t inſcribi. Cubo vero in ſcribit octohedron. ipſi aūt icohedron oīa p̄ter octohedrō inſcribunt. Qđ quidē facil⁹ dep̄hendes: ſi latera corpoꝝ ex arte poteris fabricare h̄ pacto. Sit diamet̄ ſphere: cui inſcribēda ſunt cor pora regl'aria a b. q̄ diuidant in duo eq̄lia in d. ⁊ rurſus a b. in tria eq̄lia in c. itaq; a c ſit dupla ad c b. ⁊ oppoſito pede circini in d. ducet̄ ſemicircul⁹ cui⁹ a b. ſit diameter ſiue chorda. Et ducāt linee ꝑpendicl'ares a punct̄ d. ⁊ c. ad circūferentiā q̄ ſunt d f. ⁊ c e. ſm doctrinā q̄rti theorematis de linea ꝓ ducat̄ linea recta ab a ad e. que erit latus pyra midis. Sil'r ducat̄ linea recta ab f. ad b. q̄ erit latus octohedron. Sic q; linea recta ducta ab e. ad b. erit latus cubi. q̄ ſi diuidat̄ ſm ꝓporti onē habentē mediū: ⁊ duo extrema: ſm theore ma octauū de linea in puncto p. maior portio ſc; p b. erit latus duodehedrō. Rurſus diuida tur d b. in duo eq̄lia in m. a quo ꝓducat̄ linea ꝑpendicl'aris que ſit in n. ⁊ a puncto n. ducat linea recta ad b. q̄ erit latus icohedron. vt p;



las. Quō eni̇̄ apl's cū his quib' ſcribit in reſurrectione ſe viuentē relicturū Paulus
ait: qui dudum oēs mortui ſunt: Ma. Non ſe ⁊ illos quibus loquebat
ſupuicturos vſqꝫ ad reſurrectionē voluit: ſed coꝝ quos viuētes inuenturus
eſt chrūs pſonam in ſe: ⁊ illos qui tūc ſecum videbant trāſfigurabat. Aſſe
rit btūs Augu. li. 22. de ciui. dei. ca. 22. Nec h̄ alienū tibi videat: cū non ſolum Auguſtin'.
in ſcripturis: ſed gentiliū quoqꝫ ſimiles orōnes ornatiſſime poni reperiant
Di. Probe. Sed hi viuentes in aduentu dn̄i quō reſurgent: ſi viui obuiam
chriſto in aera rapientur: Ma. Uerū eſt qō apl's Corinthijs ſcribit. Oēs
reſurgemus. ⁊ vt alia littera habet. oēs dormiem'. Illi igit qui viui reperi
unt: ra tu obuiā chriſto ſil' ⁊ morientur ⁊ reſurgent. ait diuus Augu. loco q̄
ſupra ꝯcordat: qō in eccleſiaſticis dogmatib'. ca. 6. ⁊. 7. ſcripſit. Sctūs autēꝫ
Hierony. ad Marcellam in ſolutione tertie queſtions ait. taliū corpa viuo Hiero.
rū in ipis anima manente traſformari: queādmodū ſurrectura de corrup
tione ⁊ mortalitate in corruptionē ⁊ imortalitatē. Nec ibidē cuiuſdā greci
opinionē recitat (vt q̄dam dicunt) ſed ꝓpriam: quā dictis apl'i firmari nitit
Nec huic ſententie Augu. in dictis locis oīno cōtrariat cū vtrūqꝫ ſuſtine
ri poſſit. Unde in de ciui. li. 20. ca. 20. poſt ventilatā queſtionē ait. quō aūt ſit
futurū qō noſtre ratiuncule virib' vtrūqꝫ conijcim': tunc potius erit vt noſ
ſe poſſimus. Di. Nos quoqꝫ donec fiat: cum tantis viris opinari potius:
q̄ꝫ temere aliquid aſſerere debemus. Reſtant tamen alia que indiſcuſſa pre
tereunda non ſunt. Ma. Audiam.

De quantitate reſurgentiū paruulorū etiam ⁊ gigantium De etate et ſexu quoniam in vtroqꝫ reſurgent viri et mu lieres: pudenda tamen non erunt dedecori ſed honori. Capitulum. XXXVII. Diſcipulus.

Irca reſurgentiū q̄ꝫtitatem nōnulla alia circa eorundē q̄litatē Auguſtin'.
futurā occurrūt: que ſi in ſcpturis reſoluta ſint nec ne edoceas.
Primū ſi pueri ſtatura puſilli aut gigantes tota corpis mole re
uiuiſcent: Ma. Ad hec diuus Augu. vltimo li. de ciui. dei. c. 15.
reſpondens ait. Suā recipiet quiſqꝫ menſurā: quā vel habuit in iuuentute.
etiā ſi ſenex eſt mortuus vl' fuerat habiturus ſi ante eſt defunct'. In tali eq̄
dem etate iuuentut .ſ. q̄ circa triceſimū annū currit: Chriſtū reſurrexiſſe le ad Eph. 6.
gimus. Aplo aūt teſte oēs in virū pfectum in menſurā etatis plenitudinis
nis Chriſti ei occurrem'. in menſurā inq̄t nō corpis: ſed etatis. Di. Pa

tres igit̃ ꝑoꝛis ſeculi quos multos cẽtenarios annoꝝ ſupergreſſos ſcriptura aſtruit in reſurrectione nõ niſi trigintatriũ aut q̃ttuoꝛ annoꝝ erũt? Ma. Nec id apl's ꝑtendit ſed om̃es nos coꝛpoꝛa ei⁹ ſtature ⁊ plenitudinis rehabituros teſtat̃:cui⁹ fuere iuuentut̃ tempe.vñ ait.in virũ ꝑfectum. Di. Lũ ꝑ apoſtoli teſtiõm vnũ dubietat̃ vuln⁹ ſanare ſatagis:aliõ infero.Si cũ oẽs in virũ ꝑfectũ reſurgem⁹ aut mulieres nõ reſurgent aut ſexu ꝑmutato oẽs in viros transformabunt̃. Ma. Neutrũ ſana fides recipit. Nam Chriſtus a Saduceis interrogatus:cuius ſeptẽ fratrũ erit vxoꝛ? r̃ndit. nõ nubent qđ ad feĩnas ꝑtinet:neq̃ vxoꝛes ducent.quod ad viros.Unde ⁊ diuus Auguſti. loco quo ſupra.c.17. Utrũq̃ ſexum reſurrecturũ ait.Et in li.de eccleſiaſticis dogmatib⁊.c.40.dicit.In reſurrectione ex moꝛtuis ſexus foꝛma nõ mutabitur:ſed vir moꝛtuus reſurget in foꝛma viri:⁊ femina in foꝛma femine.Idẽ in expoſitione fidei ad petrũ.Erunt aũt tunc membꝛa feminea(inquit)nõ accõmodata vſui veteri ſed decoꝛi nouo:quo nõ alliciat̃ aſpicientis cõcupiſcentia que nulla erit:ſed de laudet̃ ſapientia atq̃ clementia: qui ⁊ qđ nõ erat fecit:⁊ liberauit a coꝛruptione quod fecit. In.v̾bo aũt apl'i virũ ꝑ hoĩe accipi poſſe ſequẽti.ca.docet.Sicut ibi.Btũs vir q̃ timet dñm.cũ ſint ⁊ femine que timent dñm.Aliũ tñ intellectũ ponit.quẽ breuitas hic relegauit.

Omnia reſurgent in hoĩe que ceciderunt in moꝛte:nec tamen erit exceſſiua quantitas : caro a quocunq̃ cõmeſta reſurget in illo in quo pꝛimo erat aĩata. Soluit̃ quod oponitur de coſta Ade vñ foꝛmata eſt eua:de aboꝛtiuis ⁊ mõſtris. Ca.XXXVIII.

n Um ſicut genitalia reſurrectura ad decoꝛem aſſeris:ſic ⁊ quelibet alia membꝛa:inſuꝑ capillos:vngues:inteſtina:⁊ humoꝛes reſurgentes: abituros credis? Ma. Totum qđ in moꝛte cecidit ꝓculdubio reſurget:electis ad decoꝛẽ:repꝛobis in cõfuſionẽ. Nã ⁊ de his que hic ad oꝛnatũ ⁊ ad neceſſitatẽ coꝛꝑis ſunt:ſcꝑtura teſtimoniũ ꝑhibet.Uñ de oꝛnamẽtis coꝛpoꝛeis dñs ait diſcipulis.Capillus de capite veſtro nõ peribit.Et rurſus capilli capitis veſtri numerati ſunt. De his que coꝛpus integrant fides dicit.Carnis reſurrectionẽ:⁊ ne dubiũ cuipiã de oſſibus remaneret ꝓpheta ait.Cuſtodit dñs om̃ia oſſa coꝝ:vnũ ex his nõ conteret̃.Qđ vtiq̃ in futurũ accipiendũ eſt.nam.hic oſſa ſanctoꝝ non ſolũ ꝯtrita ſed ab infidelib⁊ incinerata legimus.Si adhuc dubitas exemplar patientie Job gentilẽ audi. Scio inquit q̃ redemptoꝛ meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum:⁊ rurſum circũdaboꝛ pelle mea et in carne mea videbo deũ.quẽ viſurus ſum ego ipſe: ⁊ oculi me cõſpecturi ſunt:⁊ nõ ali⁹. Di. Si itaq̃ vt hec appꝛobant teſtimonia totũ hoĩs reſurget:mira defoꝛmitas erit:capilli.ſ.longiſſimi.exceſſiui vngues. ⁊ coꝛꝑa vel obeſa vel impinguata ⁊ in mõſtruoſis in im̃enſum dilatata. Ma. Non intereſt ad vnitatẽ reſurgent̃ ſi nõ q̃liber poꝛtio materie in ꝑſtinum locũ reſtituat̃ . ſicut exemplificat diuus Augu. in Enchiridion.ca.88.de ſtatuta aurea cõminuta ⁊ iterũ refuſa.Silr̃ ⁊ in vltimo de ciui.ca.19.vbi ⁊ de vaſe ex limo facto ſimilitudinẽ adiecit.in om̃ib⁊ eñ illis ſeruata integritate ſubſtãtie ſola defoꝛmitas ꝑibit:ſic ⁊ de om̃ipotente artifice ſentiendũ. nã qđ minus eſt q̃ꝫ decet: creatoꝛ nouit vñ ſupplebit̃ qđ plus eſt q̃ꝫ decet:materie ſeruata integritate detrabet̃.Pulchꝛa nãq̃ erunt electoꝝ coꝛꝑa.Pulchꝛitudo aũt vt ibidẽ ait.eſt partiũ ꝯgruentia cũ quadã coloꝛis ſuauitate.Pꝛincipalia tñ mẽbꝛa locis ſuis dicenter reſtituẽda.Ezechiel ꝑuidiſſe legit̃ in figura future reſurrectiõis.

Margin notes:
Luce.21. Math.10. Pſalmiſta. Job.19. Auguſtin⁹. Pulchꝛitu. Ezech.37.

ut em̄. Acceſſerūt oſſa ad oſſa: vnūquodq; ad iuncturā ſuā. Di. Placēt hec
ed queſo patienter feras: ſi alia que interim orta ſunt dubia in mediū p͛
eram. Ma. Patienter. Di. Hominū carnes vel a beſtijs deuoratē. aut ab
alijs imanioribus hominibꝫ cōmeſte in quo reſurgent? Ma. Nec illud di
uus Augu. indiſcuſſum reliquit. ait nāq; in Enchyridion. ca. octuageſimo
ſeptimo. Nō aūt perit deo terrena materies: de qua mortaliū creat̄ caro: ſꝫ
in quēlibet puluerē cineremue ſoluet̄: in quoſlibꝫ halitus auraſq; diffugiet
in quācunq; aliaꝝ corporū ſubam: vl̄ in ipa elementa vertet̄: in quorūcunq;
animaliū etiā hoim cibum cedet: carnēq; mutetur: illi anie humane pun
cto tpis reddet̄. q̄ illam primitꝰ vt hō fieret: creſceret viueret: animauit. Idē
de fide ad Petrum Et in p̄claro volumine de ciui. dei li. vltimo. c. xx. aſtruit.
Di. Coſta igit̄ ſumpta de Adam vn̄ Euam formatā legimus in Adam in
quo primo animata eſt: reſurget. ꝛ Eua vbi erit? Ma. Totū in eo reſurge
re tandē dicimus in quo primo eſſe cepit: nō ad aliud ordinatū. Coſta autē Gen. 2.]
de. qua cauſaris: ꝛ ſi in adam primo ceperit ad Eue tn̄ ſubſtantiā ordina
ta erat nō ad integritatē ade: in quo vel ſupflua fuit: aut loco eius deꝰ car
nem ſuppleuit. Sic ꝛ liberoꝝ corpa nō in partibꝫ in q̄bus primo in ſemine
ceperunt. reſurgent: ꝛ glorioſum xp̄i corpus ſcd̄m Damaſcenū de puriſſimis Damaſce.
ſanguinibꝫ virginis Marie S. ſancti opatione formatū in chriſto reſurrexit
nō in ipa intemērata ꝟgine. In abortiuis aūt te monſtris integrabit̄ qđ
nō dum erat integrum inſtaurabitur quod fuerat viciatū: inquit Aurelius Augu. ca.
in Enchi. Et in bimembris ſingule anime. ſingula corpora obtinebūt. ac ſi 84. ꝛ duo
gemini nati fuiſſent nullis coherentibus etiā que coherentia nata fuerāt. bus ſequen
tibus.

Corpora poſt reſurrectionē nō erunt in grauamen anima bus ſed in maiorē gloriam qꝛ imutata dotabuntur dotibꝫ quattuor Capitulum. XXXIX. Diſcipulus.

Ta oīm dubioꝝ nodoſitatē a me pfugaſti. vt p̄ter vnicū tantū.
nō remāſerit qđ a reſurrectiōis fide deterreat. Nondū em̄ acce
pi quō ad locū glorie aīarū ptineat corporū reſūptio. maxie qꝛ
nōnulle de in habitatōe lutee ſube attediatas dixiſſe legimus. Sapie. 9.]
Heu mihi qꝛ incolatꝰ meus plongatꝰ eſt. Et cupio diſſolui ꝛ eſſe cū xp̄o. Ni
mirū qꝛ vt Sapiēs aſſerit. Corpus qđ corrūpit̄ aggrauat aīam. ꝛ ipedit ter
rena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. aut alteriuſmodi futura corpora
credenda ſūt. Ma. Alteriuſmodi. id eſt aliter q̄lificata. ꝛ in ſuba tn̄ eadē i. Cor. 15.
de qua re vnū hoc teſtimoniū ſufficere arbitror. qđ diuus Paulus apoſtolꝰ
in p̄ma epiſtola ad Corinthios ſcribit. Seminatū inquit ī corruptōe. ſurget
in corruptōe. Seminatū in ignobilitate ſurget in glīa. Seminatū in infir
mitate. ſurget in virtute. Seminatū corpus animale. ſurget corpus ſpūale.
Et infra. Oportet em̄ corruptibile hoc induere incorruptōeꝫ. ꝛ mortale hoc
induere īmortalitatē. ꝛc. que ꝟba catholici expoſitores dilucidantes: īmuta
tionē beatoꝝ corpoꝝ in quatuor precipue futurā diſtinxere: que dotes corpo
ris dicunt̄. quibus in deſpōſatione animarū ſuarū ornabunt̄. Sunt auteꝫ quattuor
impaſſibilitas: claritas: ſubtilitas: ꝛ agilitas. vn̄ ꝛ eedem dotes in li. Sap. corpis do
innuunt̄. cū dicit̄. Fulgebūt iuſti: ꝛ tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt. tes poſt re
Et Aurelius Augu. li. vltimo de ciui. ait. Aberit a corpibꝫ noſtris om̄is de ſurrectiōeꝫ
formitas (per claritatē) om̄is tarditas (per agilitatē) om̄is infirmitas:
(per ſubtilitatē) om̄is corruptio (per impaſſibilitatem) Que aūt diuus
Anſhel. li. de ſilitudinibꝫ vltra hec cōmemorat: ſub p̄dictis cōtinent̄. nūqđ
tale corpus oneri erit aīe? Di. Neq̄q̄. Sꝫ de his q̄ſo latius diſſeramus.

Quid dotes coꝛpoꝛi conferant: ⁊ qḋ nō ęquales in omnibus erunt. Capitulum.XL. Magiſter.

Aug.li.xxij de ci.c.18.

Claritas.

AB impoſſibilitatꝫ dote ita electoꝝ coꝛpa ab om̄i paſſione immunia erūt vt nec ab infernali incendio ledi: nec ab acie ferri acutiſſima penetrari poſſint: ſed potius q̄ſlibet obiectū ad inſtar radij ſolaris criſtallū penetrantꝫ tranſirent: coꝝ nempe harmonia ⁊ compago ampli⁹ reſolutiōi ⁊ coꝛruptibilitati nō ſubiacebit. Di. Claritas quid conferet? Ma. Miram pulchritudinē. Pulchritudo vero vt Augu. loco quo ſupra: ⁊ in ep̄la ad Nebridiū ait. eſt cōtinentiū partiū cum quadā coloꝛis ſuauitate. Per claritatem igitꝫ coꝛpoꝛibꝰ coloꝛ ꝓprius nō auferetꝫ: ſed ꝑficietur: q̄m fulgebūt iuſti (inq̄t dn̄s) ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Erit tn̄ hic ſplendoꝛ nō offendens ſed demulcens viſum ⁊ in ꝑtāte btōꝝ eſt claritatē ſuā vel occultare in toto vel in ꝑte manifeſtare. Chꝛiſtus em̄ inquit Augu. ſua reſurrectione oſtendit quale futurū ſit coꝛp⁹ noſtrū. Ipſe aūt nunc claritatē ſuā oſtendebat nūc ꝓ libitu occultabat: vt euangelica teſtatꝫ hyſtoꝛia. Di. Subtilitas aūt q̄d? Ma. Ut penetrare poſſit q̄ſlibet coꝛpus nō glorioſū nō quidē ꝑ poꝛos: aut diuidēdo partes ſed ſil' coexiſtendo. Di. Fieret itaq̄ penetratiuo dimenſionū? Ma. Et hanc eſſe poſſibilē octauus liber edocuit. nō em̄ dimenſionū penetratio duo coꝛpa ſil' eſſe ꝓhibet: ſed repletio loci q̄ dimēſiones ꝯſequitꝫ. vt effectus cauſam. Poteſt aūt deus auferre vl' ſuſpendere poſterius pꝛioꝛe ꝑmanente ſic abſtulit vel ſupendit actōem ſeu caloꝛē in foꝛnace pueroꝝ. ſic facit in coꝛpe glorioſo. Di. Nō igitꝫ a natura fiet glorioſi coꝛpis cū nō glorioſo ī eodē loco coexiſtētia: ſed ꝟtute diuina. Ma. Non aliter intelligūt qui per ſubtilitatꝫ dotē hoc fieri aſtruūt. nō em̄ coꝛpus hāc dotem a natura habet: ſed a deo. Rurſus glorioſū coꝛpus locū replere pōt ⁊ non glorioſum expellere. nihil equidē ſibi reſiſtere poterit: ſed ip̄m alteri. Unde ⁊ ſe palpabile exhibere. aut tactū penetrādo poterit latere. Un̄ ⁊ Chꝛiſtus ait. Palpare ⁊ videre Qḋ aūt diuus Gregoꝛius ait. Coꝛrumpi neceſſe eſt qḋ palpatꝫ de h' quod tactui ſubiacet accipiēdū eſt? Di. Sed nūquid duo glorioſa ſil' eſſe poterūt? Ma. De talibꝰ non eſt ſicut de glorioſo ⁊ nō glo͛ſo: q̄m glo͛ſum penetrabile nō eſt niſi ad voluntatē alteri⁹ cui⁹ eſt coꝛpus. Di. Agilitas aūt ad q̄d? Ma. Ut vbi vult ſp̄us moꝛ: ibi ſit coꝛpus ſuū ſine fatigatione in retardatione in t̄pe imꝑceptibili: poſſunt em̄ beati mouere coꝛpoꝛa ſua vl' ꝓgreſſiue ⁊ oꝛganice: vel ſil' totū: ⁊ hoc ꝑ potentiā motiuā nō oꝛganicā ſm̄ Scotum. Di. in octauo libꝛo hui⁹ epitomatis motū grauis ſurſum violentū eē: nullūq̄ talē ꝑpetuari poſſe diſſertū memini: quō igitꝫ animarū fęlicitas cū coꝛpoꝛibꝰ ꝑpetua manebit? an foꝛte q2 grauitatē mittent? Ma. Deperire a coꝛpibꝰ beatoꝝ grauitatē haud facile ꝑſuaderi poterit cū nec coꝛpis ſit vicium: nec defoꝛmitas quę ſola auferentꝫ ſeruata ſubē integritate. vt Augu. in vltimo de ciui. li. c. xix. dicit. Nec ex h' violentia eſt in motu taliū. cū cōueniat eis ſcd̄m naturā ſuꝑioꝛem bonitate ſua ſic oꝛdinante. Un̄ idem in eodē ca. xi. ait. Multa grauia terrena ſunt coꝛpa ſicut plumbū ⁊ foꝛmā tn̄ ab artifice accipiūt qua nature valeant ſuꝑ aquā: ⁊ vt accipiat qualitatē coꝛpus humanū qua ferri in celū ⁊ eſſe poſſit in celo om̄ipotenti artifici ꝯtradicitꝫ. hec ibi. Et foꝛtaſſe fili hanc candē qualitatē Eſaias dicere voluit: cū ait. Aſſument pennas vt aquilę ⁊ volabunt ⁊ nō deficient. current ⁊ non laboꝛant. Qḋ autē diuus Augu. loco quo ſupra de ablatione graui ponderis a coꝛpoꝛe ponit. deū hoc poſſe non aūt facturū dicit. Poterit inquit. nō aūt vt faciet.

Aut ſi quis in contrarium contendat: ex ſententia Auguſtini deum ablaturum pondus grauitatis: intelligi poteſt quantum ad impedimentū: nō quantum ad eſſentia. illud enī deformitatē importat hoc perfectionē. Di. Equales ne ſunt oīm dotes? Ma. Nequaq̄. nam vt paulo ante dictū eſt vbi de triplici electoꝝ viſione tractauimus: ad menſurā meritorum dotabitur anima ⁊ ex conſequenti corpus ex redundantia nempe glorię in corpus quas iam percurrimus dotes: cōſumationem ⁊ perfectionē accipiūt. ait enī diuus auguſtinus ad dioſcorum. Tam potentē fecit deus animā: vt ex eius plena felicitate redundet in corpus ſanitas: perpetua ⁊ vigor incorruptibil. Et apl's vas electionis Corinthios de reſurrectionis gloria informans ait. Alia claritas Solis. alia claritas Lunę. alia claritas ſtellarum. Stella enim differt a ſtella in claritate: ſic ⁊ reſurrectio mortuorum. Di. Memini de hoc heſterno veſperi nō nihil dictū eſſe ſed nūquid et ceteri corporis ſenſus in actu erunt quemadmodum oculi? i. Coꝛ. 15.

Homo totus pfecte beatificabitur in anima ⁊ corpe. de ſenſib⁹ aūt oīb⁹ ſi habebūt opatōes ſuas. nō facile eſt deuenire. Capitulū. XLI. Magiſter.

Totum hominē in anima ⁊ corpe pfecte beatificari in ſupna hieruſalē vnanimi omniū ſnia conceſſum eſt: de eo aūt qđ queris: temere definire quis audebit: Sunt enī qui oēs ſenſus corporis in actu eſſe cōcedunt p ſpēs influxas p quas videbunt: audient olfacient: guſtabunt ⁊ tangent que preſentia non ſunt: mō multo pfectioꝛ: q̄ʒ adam in ſtatu innocentię. ⁊ preſentia ſilr p ꝓprias ſpēs cognoſcent: alij ſenſationem abſentium p ſpēs influxas nō accipiunt. De viſu et tactu nō dubitant quia ibi ⁊ obiecta ⁊ media cōuenientia habere poſſunt. De vocali laude ⁊ auditu idem licite opinandū aſtruunt. Olfactū aūt ⁊ guſtū ꝓpter impfectionē quandā: ſilr ⁊ obiectorum ⁊ mediorum diuerſorum abſentiam: non eſſe in actu exiſtimant: oēs tamen premiandos ex animę redundantia cōcedunt. Quia vero ſcripturaꝝ teſtimonia faciliime ad ſpiritalē intelligentiā interpretari poſſunt: ea ꝑtermitto: nō ꝺ obiect̄ nō de medio ſentiendi: aut modo queſtiones facio: vbi chrs i. ſus dei filius deus erit oīa in omnib⁹ abſtergens oēm lachrimā ab oculis ſanctorum ⁊ retribuens abundanter facientib⁹ ſuperbiam: ſed non in hac terra viuentiū: ſed in regione vmbre mortis: cuius fumigantes voragines abruptaq̄ʒ ardentiū montium iuga celerrime nunc demū peragrabimus. Di. Id promiſſorum ordo expoſtulat: vt tandem luſtratis oībus: ad campum miſerię venandi cauſa greſſus noſtri tendant: ſi forte aliquid et venatu et ſcitu dignum: de anie naturo hec abyſſus exhibeat.

De locis infernalib⁹ q̄ttuoꝛ in cāpo miſerie diſcretis in genere ⁊ de limbo patrū vbi ⁊ q̄lis fuerit: teſtimonijs ſancti auguſtini ⁊ Gregorij particulariter diſputat. Capitulum. XLII. Ma.

Sequitur typus loci Infernalis.


PALINRVS
ACHERO
COCYTVS

Horridus eſt hic căpus:in q̄ nõ elemẽta ſed elemẽtoꝝ magis deſe-
catiões reſidẽt.nebula.caligo.tenebra.ꝛ vmbra mortꝭ ſeculo i u ăt
ſict⁹ꝛ ſtridoꝛ dẽtiũ habitãtes nũq̄ deſtiuuẽt:ꝫ hec in lacu inferio
re:ab initio aũt tolerabilioꝛa loca intrãtib⁹ ꝑ atẽt.Quadrifarie nã
h̄ capus ptitus eſt.A pncipio Limb⁹ patrũ:poſt hunc Purgatoriũ:ſub q̄
limb⁹ pueroꝝ:ꝛ in loco infimo locus infernalis dãnatoꝝ. Di. Conſimilẽ
iudiũ ptitionem fundi.terrene modis li.ſeptimo cũ de.terra ageret. Ma.
terrũ.ſed celerius hec loca egreſſi nedũ q̄d pͥncipãt ſpectauim⁹:nũc aũt ſin-
gillatim de oĩb⁹ diſſeremus. Di. Primũ igiꝛ de Limbo patrũ ſi q̄d habes Luce.16.
certũ dignũ:in mediũ pferas. Ma. Limb⁹ patrũ locus eſt apud inferos Augu.
tormentꝭ impioꝝ remotiſſimus:quẽ nõnulli ſinũ Abrahe a dño in Euange Limbus
lio appellari voluit.i.requiẽ credentiũ.De hoc loco diuus Aug.in egregio.vo patrum
lumine de ci.dei li.xx.ca.xv.ſic ait.Non abſurde credi videt:antiquos etiam
ſanctos q̄ venturi criſti tenuerunt fidẽ:locis q̄dẽ a tormentꝭ impioꝝ remo-
tiſſimis.ſed apud inferos fuiſſe donec eos inde ſanguis chriſti:ꝛ ad ea loca
deſcenſus erueret.Cui p oĩa alludit ſanctiſſimus papa Gregorius li.12.mo- Gregorius
raliũ ca.19.dicẽs.Ante aduentũ mediatoris dei ꝛ hominis:oĩs homo q̄ꝫ
uis mũde pbateq; vite fuerit:ad inferni clauſtra deſcendit.ꝛ cap.ſequenti.
nec tamẽ ita iuſtoꝝ animas ad infernũ dicim⁹ deſcendiſſe.vt in locis pena
lib⁹ tenerent:ſed eſſe ſupioꝛa inferni loca eſſe alia inferioꝛa credẽda ſunt.vt
ꝛ in ſupioꝛib⁹ iuſti requieſcerẽt:ꝛ in inferioꝛib⁹ iniuſti cruciarent.Ab his p-
pheta dei adiutorio ſe puenietẽ liberatũ cõfitet dicẽs.Niſi q2 dñs adiuuit
me:paulo min⁹ habitaſſet aĩa mea in lacu inferiori.Et iteꝝ.Eruiſti ani pſ.93.ꝛ.8.
mã meã ex infimo inferiori.Et exẽplar patiẽtie btũs Job hũc abhorrẽs di quinto
cit.Quis mihi tribuat:vt in inferno ptegas me.ꝛ pater patriarchaꝝ Ja- Job.
cob:ne forte nimia triſticia poccupatus dño peccaret:et ad hũc tormẽtorũ
locũ mortu⁹ deſcenderet filijs ſuis ait.Deducet canos meos cũ dolore ad i
feros.iuxta diui Auguſtini itꝑtationẽ libro.12.ſup Geñ.ad litterã.cõis tñ
expoſitio id de Limbo patrũ intelligendũ aſſerit. Di. Limbum patrum eſ Geñ.42.
ſe ſufficienter inducta teſtimonia pbant:ſed cũ ab inferno inferiore ꝛ locis
penarũ ſit remotiſſimus.vnde infernus non dici poſſit nondum accipio.
Ma. Reſpectu laci inferioris ſupioꝛ infernus non dicit:reſpectu aũt celoꝝ
infernus nominat.Nam vt inquit diu⁹ Grego.circa finẽ li.xiij.moraliũ:q̄ꝫtũ
ad ſublimitatẽ celi:ſpaciũ hui⁹ aeris non immerito dici infernus poteſt: i Gregorius
quẽ iuxta apłi Petri ſniam ruentes apoſtate angeli in iudicio cruciãdi re- 2.Petri.2.
ſeruant. Di. Plane q̄ q̄rebã btũs Grego.diſſoluit:Purgatoriũ luſtremus.

Purgatoriũ eſſe poſt hanc vitam cõtra Grecos ſcripturarum teſtimonijs aſtruitur.ꝛ q̄ð ſuffragijs iuuari poſſint purgandi probatur. Capitulum.XLIII. Mag.

Purgatoriũ eſſe erutis animab⁹:pleriq; Grecorũ ĩpugnare viri nõ Error grę-
ſũt.q̄s catholici viri multotiẽs:nouiſſime aũt in cõcilio Florẽtino corum
ſub Eugenio quarto pſentib⁹ Græcorum patriarcha:epiſcopis: et Conciliũ
ĩperatore:luculentiſſimis rõnibus ꝛ ſcripturarũ teſtimonijs conui florentinũ.
cerũt.operoſum nimis eſſet oĩs ſcptruas de purgatorio loq̄ntes hic cõme-
morare. Di. Saltẽ aliquas edicito. Ma. Num egregiũ Pſalten legiſti:eo David.
loco quo ait.Tranſiuim⁹ per ignem ꝛ aquã:ꝛ eduxiſti nos in refrigeriũ:
Di. Legi pſ.65. Ma. Num ꝛ Judam Machabeũ virũ fortiſſimũ cõmen-

datū ꝗ audiſti:quia duodecim milia dragmas argenti miſit Hieroſolimā
eas ibi offerre ꝑ peccatis mortuoꝝ: iuſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitā
Di. Audiui ſepius in officio qđ eccłia de mortuis frequentat:inſuꝑ ibi a
ditur ſctā ğ ⁊ ſalubris cogitatio ꝑ defunctꝭ exorare vt a peccatis ſoluerent.
Ma. Sane.Audi ⁊ euangeliſtā.Matheū hic dñm dixiſſe refert.Eſto con
ſentiens aduerſario tuo.⁊c.⁊ ſequitꝰ ne in carcerē mittaris.Amen dico tib
nō exies inde donec reddas nouiſſimū quadrantē.Et infra.Qui dixerit ꝟ
bū ꝯ ſpūm ſanctū:non remittitꝰ ei neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro.Sūt ig
tur vt infert ſanctus Gregorius q̄dam pctā que in alio ſeculo remittuntu
Apoſtolica ꝗꝫ tuba Corintheis aperto ſmone de purgatorio inſonuit cum
dicit.Uniuſcuiuſqꝫ opus quale ſit ignis probabit.Si cuius opus arſerit de
trimentū patietur:ipſe autē ſaluus erit:ſic tm̄ q̄ſi ꝑ ignē.Ꝗuis iuxta tradit
onem Auguſtini hec ſententia etiam de tribulatione pñtis ſeculi verificar
poſſit.vt in Enchyridion.c.lxvij.Et li.xxi.de ciuita.dei c.penultimo.Cæteri
quæ ⁊ ꝗꝫra teſtimonia doctores eccłie de purgatorio ⁊ ſuffragijs quibꝫ pu
gandi iuuari poſſunt ꝑ hibeant teſtantꝰ ſacri canōes diſtin.xxv.para.alia
⁊ eadē diſtin.Qui in aliud ſeculū.⁊ ca.qualis.de pe.diſt.vij.in fine nullus.e
xiij.q.ij.c.tps.c.animæ.c.non eſtimemus.⁊ đ cele.miſſa.c.cum marthe in f
ne.⁊ magiſter li.iiij.diſt.xlv.Uerūtm̄ glo.magna.c.tps.xiij.q.ij.nominās m
diocriter malos q̄ in mortali deceſſerunt Auguſtini verba non ſane intell
git:qm̄ talibꝫ ſuffragia nulla prodeſſe poſſunt:vt patet per doctores in.iiij
diſtin.xlv. ⁊ diuū Auguſtinū de verbis Apoſtoli q̄ ait. Fruſtra his pietati
officia īpendia ſuis:q̄ ſine fide opante ꝑ dilectionē:eiuſqꝫ ſacramētꝭ de cor
ꝑe exierint.tales autē ſunt oēs qui in mortali:ꝗuis vnico decedūt:igitur

Ubi aut in qua mundi parte purgatoriū ſit/pena qualis/q̄ to
tores in eo quantū purgandi adiuuari a viuis deſiderāt ꝗuis
patienter penā hanc ſuſtineant. Cap.XLIIII. Di.

ABunde de purgatorio ſniam ſcripturaꝝ teſtimonijs ſolidaſti
ſed vbi ſit nondū oſtendiſti. Ma. Hugo de ſctō victore li.ij.de
ſacramentꝭ prc.xvi.c.iiij.aſtruit hunc locū om̄ino non eſſe deter
minatū Et fortaſſis inq̄t ꝓbabilius erit:vt in his potiſſimū lo
cis ſinguli penā ſuſtinere credantꝰ:in q̄bꝫ culpā cōmiſerūt.Hoc
doctores theologie in.iiij.ſup mgr̄m diſtin.xx.cōcedūt de quibuſdā ſingula
ri diſpenſatione dei nō om̄ibꝫ:qm̄ ſm cōmunē legē hunc tormētoꝝ locum
conſiſtere circa infernū fuiſſe de mente diui Gregorij quarto dyalogoꝝ claret
Ne tibi cure ſit đ loco purgatorij:ſed quō hic ꝑ penitentię lamenta de pec
catis ſatiſfacias:vt penā hanc acerbiſſimā euadas.Nā iuxta beati Auguſti
ni traditionē.Qui in aliud ſeculū diſtulit fructū cōuerſionis.ꝑus purgādus
eſt igne purgationis.hic ignis ⁊ ſi ęternus nō ſit:miro tm̄ modo grauis eſt.
excellit em̄ oēm penā ꝗꝫ vnqꝫ aliq̄s paſſus eſt in hac vita.nunqꝫ in carne
inuēta eſt tanta pena:licꝫ mirabilia martyres paſſi ſint tormenta: et multi
neq̄ter ꝗꝫta ſepe ſuſtinuerūt ſupplicia.de pen.diſti.vltima circa finē.⁊ diſt.c.
Qui in aliud ſeculū.⁊ iiij.ſenten.diſt.xx.Et rurſus Aug.in de ꝟbis apli.ſer
mone de igne purgatorij đr.Ille ignis purgatorius durior erit ꝗꝫ q̄d poteſt
in hoc ſeculo penaꝝ videri aut cogitari aut ſentiri. Di. Memini nōnulla
Maronem in.6.ęneiđ.de grauitate penaꝝ purgatorij diſeruiſſe. Mag.
Nec mirum ſi platonicus de hac re Platonicorum ſniam deſcripſit.Nā poſt
ꝗꝫ aīas in corporibꝫ quattuor paſſionibus affici cōmemoraſſet:que ſunt me

tus:cupiditas:gaudiū:⁊ triſticia:ſubiungit q̄ſtū in alio ſeculo paſſure ſint:
ſi unmūde exierint.⁊ ait.6.eneid.Quin ⁊ ſupmo cū lumine vita relinq̄t(.i. Virgilius.
cū nouiſſimo die vita relinq̄t corp⁹)Non tn̄ om̄e malū miſeris nec fundit⁹
om̄es corpee excedūt peſtes:penituſq̄ neceſſe eſt Multa diu cōcreta modis
moleſcere miris.Ergo exercenꝰ penis.veterūq̄ maloꝝ ſupplicia expendunt:
alie pandunꝰ manes ſuſpenſe ad ventos:alijs ſub gurgite vaſto:infectum
eluit ſcelus:aut exurritur igni. Di. Plane Vergilius hic aīas in aere: aq̄ Thomas.
⁊ igne purgari expoſuit.Sꝫ dic q̄ſo q̄ tortores in hoc loco exiſtūt. Ma. In t Bonauen.
certū definiri quis poterit?Opinanꝰ aūt nō infime auctoritaꝰ theologi:q
ſola iuſticia.diuina purgādos igne mediante vti inſtrumēto torquet:q̄uis
illuc ab angelis bonis deducant:⁊ fortaſſe mali ſequanꝰ:vt aſſiſtentes ſaltē
penis coꝝ fatienꝰ:quos a ꝟitaꝰ tramite penitus deijcere nō potuerūt.Non
aūt equū videꝰ illos a demonib⁹ torq̄ri:quos dū viuerent diuina adiuti gra
tia vicerūt. Di. Aſſentio facillime:ſed nūq̄d patienter ferūt purgandi tam
acerbas penas? Ma. Patiēter. Nouerūt em̄ q͛ iuſte hec patiunꝰ:⁊ iuſticiā
diligūt:nec aliter ſe ad celeſtia gaudia ꝑuenire poſſe ſciūt:donec nouiſſimū
quadrantē reddant:aut ſuffragijs adiuuenꝰ.Vn̄ in ꝑſona taliū animarum
ſanctus Job dicit. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei Job.
quia manus domini tetigit me.Sed heu ſurda aure hos clamores audim⁹
ꝑentes filioꝝ:⁊ filij parentum:nec attendimus q̄ſto deſiderio anhelant ad
conſortia beatoꝝ aſcendere:ad quos certiſſimas ſpe ſperant ſe ꝑuenire.De
ipſis em̄ in libro Sap̄.dicitꝰ.Spes illoꝝ immortalitate plena eſt.Sed de his Sapientia.
hactenus:ad inferiora deſcendamus. Di. I p̄ſte ſequar.

De Limbo pueroꝝ.⁊ ſi paruuli nō baptiſati ſenſus pēnā ſuiſt neāt:⁊ qualiter poſt reſurrectionē ꝑmanebūt. Ca.XLV. Mag.

Ab purgatorio iuxta p̄miſſam partitionē cāpi miſerie Limb⁹ eſt paruuloꝝ.Quāuis nōnulli inferiorē ꝑtem Limbi patrū pueris de putatā credant.Pueris inq̄⁹ nō om̄ib⁹ ſed ſine baptiſmaꝰ lauacro decedētib⁹ ante vſum rōnis.De illis ⁊ ſi ex canone ſacre ſcripture nihil certū haberi poſſit.Augu.tn̄ nō pauca diſſeruit.In libro eodē de fide Augu.
ad petrū in declaratiōe fidei ait: illos inſolubili nexu in eterna dānatione retineri.Et paulo inferius.Qualitas male vite ab infidelitate incipit q̄ ab originalꝰ peccati reatu initiū ſumit:in q̄ quiſq̄s viuere ita incipit.vt ante fi niat vitā q̄ ab cuius obligatione ſoluatꝰ:ſi vnius diei vel vnius hore ſpacio aīa illa vixit in corpe:neceſſe eſt eam cū eodē corpe interminabilia gehenne ſuſtinere ſupplicia:vbi diabolus cū angelis ſuis in eternū arſurus eſt.⁊c.Et in eodē libro.ca.24.et eſt de cōſe.diſtin.iiij.c.Firmiſſime tene.⁊ nullatēus du bites:ꝑuulos q̄ ſine ſacramēto ſancti baptiſmaꝰ de hoc ſeculo tranſeūt:ig nis eterni ſupplicio puniēdos.Et in libello de origine aīe ad ſanctū Hiero. multꝰ repetitiſq̄ vicib⁹ animas taliū dānandas aſtruit:⁊ ſilr̄ i alijs ſcriptis ſuis diuerſis:que longū eſſet cōmemorare. Di. Dura nimis ⁊ crudelꝰ hec videꝰ aſſertio:vt pijſſimus de⁹ cui⁹ miſericordie nō eſt numerus:eos tam crudeliter in eternū puniat ob ſolius originalis culpā:q̄ nec ꝓpria volup tate ꝯtraxerūt:nec in poteſtate habuerūt regenerationis ſacri baptiſmatis ſacramentū accipere vel reſpuere. Ma. Plurimi tecū ſentiūt:⁊ in hac ꝑte ſanctū Auguſtinū negāt.Sed fortaſſe hoc q̄ nō parue ꝑtinacie eſt crimē tā tū doctorem in ea ꝑte ſimpliciter negare:q̄ recept⁹ eſt a ſacris canonib⁹:di to canone.Firmiter.⁊ de hereticis c.iij.⁊ a multꝰ ſanctꝰ ⁊ catholicis expoſi torib⁹ ſuſtinetꝰ.vti videre eſt in doctorib⁹ſup quarto diſt.4.Qm̄ ſi q̄s alia di

ni Auguſtini opuſcula non pigre legerit inueniet:q̃bꝰ p̄dicta mitigare po terit.In Enchyridion q̄ppe cap.92.ſic ait.Mitiſſima ſane oĩm pena erit eo rũ:q̄ preter peccatũ q̄d originale traxerunt nullũ inſuꝑ addiderũt.Et libro de baptiſmate paruuloꝝ.Recte poteſt dici(inquit)ꝑuulos ſine baptiſmo de cedent ĩ mitiſſimã oĩm futuros ſuſtinere penam.⁊ eſt de ꝯſecratione diſtin ctione quarta.c.regenerante.Et amplius libro quinto ꝯ Julianũ.Ego ita ꝙ non dico paruulos ſine baptiſmo morientes tanta pena eſſe plectendos. vt eis melius eſſet non naſci:cum hec dominus de peccatore ſceleratiſſimo dixerit que aũt q̃lis ⁊ quãta erit:deꝼinire nõ poſſumus:nõ tñ audeo dicere ꝙ eis vt nulli eſſent:ꝙ̃ vt ibi eſſent potius expediret.Ecce fili tribꝰ teſtimo nijs habes dictoꝝ que tibi crudelia viſa ſunt mitiorẽ intelligentiã ab ipſo auctore traditã.Aut verius ꝙ paruuli ignis eterni afflictionẽ nõ ſentiẽt cer tã limitationẽ. Di. Unde hoc vltimũ argumẽtaris? Ma. Ex dictĩ eiuſdem doctoris.ait q̄ppe ſmone.xxvi.ad Herennitas.Melius eſt oĩni eſſe carere ꝙ̃ in inferno iacere.Et ſctũs Hieron.ſuꝑ Hieremiã.lib.iiij.Melius eſt nõ eſſe ꝙ̃ viuere in ſupplicijs.Et ſuꝑ Eccleſiaſten.cap.4.Melius eſt omnino nec ſenſum hr̃e ſub ꝙ̃ infeliciter vel eſſe vel viuere.Item rurſum.Melius fue rat ei(ſcilicet Jude)omnino nõ eſſe ꝙ̃ eternos cruciatus ꝑpeti.Sic igiť.vt ꝯ Julianũ ſcribit:non fuiſſe melius paruulis iſtis non naſci:ꝙ̃ in ſua dam natione eſſe manifeſte cõcluditur:quia non veniunt in inferno eterno igne cruciandi. Di. Euidens argumentatio.miror aũt cur ſctũs Auguſtinꝰ in prioribus auctoritatibꝰ terribilius in ꝟbis ſonuerũt ꝙ̃ ſentire voluit Ma. Fortaſſe vt peſtiferam hereſim Pelagij ⁊ Celeſtij in Carthaginenſi ꝯcilio(cui intererat diuus pater)damnatã a fideliũ auribꝰ lõgius ꝓpelleret.Hi equidẽ heretici hominẽ a ſeipo ſine gr̃a poſſe iuſte agere ⁊ paruulis baptiſma ne ceſſariũ nõ eſſe:nec datũ pdꝰſſe dogmatiſauerant:cũ ſine illo ſaluari poſſẽt Contra quẽ errorẽ etiã in libello de origine anime ad ſctm̃ Hieronymũ ita ſcripſit Quiſq̄s dixerit ꝙ in xp̄o viuificabunť etiã paruuli.q̄ ſine ſacramen ti eiꝰ ꝑticipatiõe de vita exeunt:hic ꝓfecto et ꝯ ap̄licam p̄dicationẽ venit:⁊ totã condẽnat eccleſiã.Et in libro de baptiſmo paruuloꝝ.Fallit(inq̄t)⁊ fal litur q̄ eos in dãnatiõe predicat nõ futuros:dicente Ap̄lo per delictũ vnius oẽs homines in ꝯdemnatõe.ad Romanos ca.5.⁊ de cõſecra diſt.iiij. canone Regenerãte. Di. In quali igiť damnatõe erunt ſi vt deductũ eſt cũ ipſis igne eterno nõ ardebũt? Ma. Nunquid audiſti:q2 dixit in auctoritate ꝯ Julianũ.Que aũt:qualis aut quanta erit pena illoꝝ:definire nõ poſſumus Dicit tñ ibidem:q2 in tenebris manent.⁊ eſt de conſecratiõe diſt.iiij.cano ne.Nulla.He tenebre:vt nõnullis viſum eſt interiores nõ exteriores intellig ẽde ſunt:q2 ſcʒ viſione dei ineternũ ꝑuati ſunt.de baptiſ.c.5.⁊ libro ſcd̃o Sẽ tentiaꝝ diſt.xxxiij.Quantũ aũt illud ſit(haud dubiũ q2 magnũ)diuꝰ Aug. terribiliſſimis ꝟbis⁊ ſententijs explicare voluit.Uerũtñ vt ait ſcũs Bonauẽ tura in quarto diſt.iiij.Volũt quidã ꝙ paruuli de hac priuatõe nõ dolebũt ſed diuino iudicio ⁊ miſericordia faciente.de ſtatu quẽ habebũt ꝯtẽti erũt: nouerũt eñi(inq̄t idem doctor li.ij.diſt.xxxiij.q.penultima ⁊ vltima.)ad quid creati:⁊ ob quã cãm illo ꝑuati ⁊ ꝙ̃ñ miſeri ſint in inferno inferiore ſub ipis ꝯſtituti:diuino tñ iudicio eoꝝ cognitio ⁊ affectio ita equa lance librant: vt nec dolorẽ vel afflictionẽ exteriorẽ vel interiorẽ ſentiant:⁊ ita ꝑpetuant:vt nec triſticia deijciat nec leticia reficiat:vt nec ꝓficiãt nec deficiãt.ſed ſemper vniformiter manẽt:nec eſuriẽt:nec ſitiẽt ⁊ ꝙ̃uis corpa gl'ioſa habituri nõ ſint ĩ reſurrectõe vltima:nihil tñ patiũť ꝓtecti dĩa ꝟtute:etiã ſi in igne in fernali volutarenť.hec Bonauẽtura. Di. Ex his manifeſtũ diuũ Auguſti nũ bene dixiſſe.qm̃ melius eſt his paruulis ſic eſſe ꝙ̃ oĩno nõ eſſe. Ma.

Etiam fili.Sed ſine ad ꝓpoſitā methodū redeamus.neſcio eñ quō in ma⸗
eriā etiā apud theologos nō plene digeſtā.ſtilo habenas amplius ꝙ equū
erit laxauerim. Di. Uis igitur in lacum inferiorem deſcendamus.
Ma. ꝙ celerrime.

Infernum eſſe vnuſquiſq; lege ſua edoctus credere h3 et ꝙ ſub terra ſit ſanctus Gregorius affirmat q̄ autem in illo pe⸗ a q̄s cib9 q̄s potus ſummarie enumerat.Ca.XLVI. Ma.

Infernū eſſe reproboꝝ receptaculū argumētis ⁊ ſcripturis ſtabi
lire quanq; opoſum nō ſit:conſulto tñ p̄terire libet:ne vltra ꝙ Judei
oportet in calce epitomatis lōgi9 digrediamur:aut rē ab vniuerſi chriſtiani
tate gētiū creditā in dubiū reuocare vel ſaltē fruſtra demōſtra ſarraceni
re videamur.Judeus a ꝓphetis edoctus infernū credere neceſſe
ē.Saracenus ex alchorano Mahumeti inſtruct9 infernū negare nō pōt.
Chriſtian9 m̄ltiplici euāgelioꝝ teſtimonio fulcit9 infernū eſſe nō in dubiū
uertit ſed quō euadat ſūmopere ſtudet.Reliq̄ autē gentilitas neſcio ſi ap⸗
tius teſtimoniū de reſurrectiōe vltima.⁊ inferno ꝙ beati Job gētil9 afferre
poſſit. Di. Saltē vbi infernus ſit edoceas. Ma. Nūquid ego illic fui: vt auguſtinu
rum eius ⁊ locū edicere poſſem: Di. Nec etiā in limbo aut purgatorio fa
itaſti:attamē quid de his catholici ſenſerint clare diſſeruiſti:itidē de i
rno attemptes queſo. Ma. Diuus Auguſtin9.xx.li.de ci.dei.c.16.ait.Ig⸗
is eternus cuiuſmōi ⁊ in qua mūdi vel rerū parte futurus ſit. hominem gregorius.
ire arbitror neminē.niſi forte cui diuinus reuelauerit ſpūs.Qd ego q̄dem
a beato Gregorio cōpletū haud dubitauerim:quoniā infernū ſub terra eſ
maxime in libro dyalogoꝝ quarto aſtruit.Unde et Theodericū regem in hieronym9
Sicilia inſula in ollam Uulcani deiectum fideli teſtimonio comprobat.Et
Hieronymus Jone ſcdo ſuper illo v̄bo.Proieciſti me in profundum maris. pſal.105.
Sicut cor eſt in medio animalis:ſic infernus in medio terre eſſe ꝓhibetur.In
ſuper terram fuiſſe apertam:et degluttiſſe Dathan et Abyron deſcendentes
uos in infernū ſcptura cōmemorat. Di. Plane de loco reſpōdiſt:de pena Uirgilius.
ſit q̄d dicis: Ma. Nō mihi(Uirgilius inq̄t)ſi lingue cētū ſint:oraq; cētū. in.6.eneid
ferrea vox oēs ſcelerū ꝯp̄hendere formas.Om̄ia penarū ꝑcurrere nomina
poſſem.Canit eñ regius ꝓpheta.Dñs pluet ſup petōres laq̄os ignis:ſulfur pſalm̄.
ſpirit9 ꝓcellaꝝ ps calicis.id eſt paſſionis eoꝝ. Di. Si hec pars in toto q̄n
tum putas erit: Ma. Forte ꝙ in capitulo quadrageſimo Eccleſiaſticus eccl̄ieſti.
it.Furor zelus tumultus fluctuatio et timor mortis iracundia ꝑſeuerās ⁊ ꝯ
tentio ſanguis ⁊ romphea opp̄ſſiones fames cōtritio ⁊ flagella ſup iniquos
creata ſunt hec om̄ia ⁊ ſup petōres.ſeptuplū.Et alibi caplo triceſimo nono
addit beſtiaꝝ dentes ⁊ ſcorpij ⁊ ſerpentes ⁊ romphea vindicans inextermi⸗
niū impios.Alludit beatiſſimus Moſes in perſona irati dñi Deutero.xxxij. Moſes.
.Immittā in eos dentes beſtiarū:⁊ deuorabunt eos aues morſu amariſſi Deutro.
mo.Quid plura:cum beatus Job ca.xxiiij.de impio dixerit.Om nis dolor ir Job.
ruet ſup eum.⁊ rurſus ad nimium calorem tranſient ab aquis niuium.Si Deutro.
de cibo potuq; infernali queris audi legiſlatorē Moſen Deutero.xxxij. De geñ.c.19.
vinea inquit Sodomoꝝ vinum eorum:et de ſuburbanis Gomorre. Di.
Ciuitates has ſulfure ⁊ igne in fauillam redactas ſcriptura loquitur:⁊ mare
mortuū vocant ſub iordane teſtimoniū ꝓhibet. Ma. Sane qd ſequitur deut.32.
auſculta.Uua eoꝝ vua fellis ⁊ botri amariſſimi.Fel draconū vinum eorum.

⁊ venenum aſpidū inſanabile. Dñs ꝗ per Hieremiam ait. Ecce ego cibabo populū iſtum abſinthio: et potum dabo eis aquā felis. Fruſtra conoꝛ ſingula ſmone explicare. cū iuxta Sapientꝰ vocem orbis terrarum pugnaturus ſit contra inſenſatos vt per que peccat quis: per hec torqueatꝰ. Hinc magnꝰ Baſilius. Feces omniū elementoꝝ ⁊ leſuras ꝟtutes in fine mundi: ab ipſis ſeparandas et ad cruciatū maloꝝ in infernū mittendas aſtruit.

Si aut quomodo anime exute ab igne corporali pati poſſunt ⁊ qualiter ſententie ſanctoꝝ de his intelligende ſint. Capitulum. XLVII. Diſcipulus.

Unc igitꝰ vſqꝫ ad finē mundi ⁊ corporū reſumptiōes ab his cruciatibus immunes ſunt reproboꝝ anime? Ma. Nequaquā. qm̄ iſta elementoꝝ defecatio ad punitionis augmentū nō ad initiū futura eſt. ſicut et corporū reſumptio. Di. Quomodo exute anime a corporibꝰ prememoratꝰ cruciari interim quibunt: cum corpora in ſpiritum agere non poſſunt: vti ex his que octauo libello diſſeruimꝰ claret? Ma. Ubi auctoꝛ creaturaꝝ operatꝰ vt vult ⁊ iuſticia exigit: quid natura habeat aut poſſit non magnificandū eſt. ſi em̄ ex nihilo cuncta in eſſe prodire iuſſit (dixit enim et facta ſunt) quid miraris ſi preter ſolitū nature curſum ſpiritus per corpora punit: an forte ita creatꝰ cauſis potentiā ſuā alligauit. vt ſine his agere quicquam nō poſſit: hoc equidem quidā vaniſſimi philoſophorū ſenſerunt. Di. Tales libro octauo vbi de cauſis diſputatū eſt erraſſe cognoui. Ma. Poteſt igitꝰ dñs olim preter cauſas ſecundas aut ꝯſuetum earundem ordinē operari? Di. Etiam. Ma. Non igitur impoſſibile videatur ſi ſpiritum per corpus caſtigat. Di. Non de poſſibilitate: ſed de modo quero. Ma. Quis nouit ſenſum dñi: aut quis conſiliarius eius fuit: tu ſic viuas vt modū punitionis experientia non addiſcas: quin illius cōtēplatione ⁊ metu moderatioꝛ effectus eiuſdem queas ⁊ cruciatus effugere. ⁊ futuris bonis potiri. Sunt qui actionis paſſioniſqꝫ naturas iuxta hūane philoſophie traditionem attendentes: ignem ⁊ cetera que ſcriptura enumerat nō realia ſꝫ imaginaria exiſtimant. Alij aūt hec quidem omnia realia ſed actionē imaginariā eſſe ꝯtendunt. Reliqui vero quoꝝ auctoritatē catholici nō ſpernunt: ignem inferni realē ⁊ corporalē eſſe ſcripſerūt et illo eodem igne ſpiritus incorporeos vt ſunt exute anime: ⁊ demones realiter cruciari fatentur. Nā diuus gregorius libro quarto dialogorum ignem infernalem corporeū dicere non ambigit. et ꝙ animas exutas exurat hoc medio arguit Si (inquit) diabolus eiuſqꝫ angeli cū ſint incorporei: corporeo igne cruciādi ſunt. Quid mirū eſt ſi et anime anteqꝫ recipiant corpa poſſint igne corporeo cruciari: ſi forte de antecedente dubitas audi Dñm in euāgelio Mathei ca. 25. Ite maledicti in ignē eternū ꝗ paratus eſt diabolo et angelis eiꝰ. Sētentie illiꝰ beatꝰ Gregoriꝰ cauſam aſſignans li. nono moraliū. ca. l. ait. Quāuis angelorum atqꝫ hominum natura ſit longe diſſimilis: vna tamen pena implicat quos vnus in crimine reatus ligat. ⁊ venerabilis Hugo de ſacramentꝰ. pte. xvi. ca. iij. argumento Gregorij aſſentiēs ait. Veriſimile auctoritate ſacri eloquij et catholice ꝟitatꝰ teſtimonio probatꝰ corporali ⁊ materiali igne: alas etiā nunc ante ſuſceptionē corpoꝝ cruciari. Quod aūt ſanctus Gregorius ſcripſiſſe legitur: quod ſpiritus in eo ardent quod ſe ardentes vident: dictis minime cōtrariatur. Nam cum ſpiritus inſtrumentorum ſiue organorū diuerſitatē

iđ habeant:oſſhis ſenſus illis eq̄lis eſt.ait Hugo vbi ſupra.vt videlicet ſit il Hugo
is videre qđ tangere ⁊ tangere quod dolere. Vñ rurſus in dialogo. Anima
iđ ſolū videndo:ſed experiēdo incendiū patit.Augu.aūt Aurelius lib de ci. Gregorius.
dei.xxi.ca.x.recitata opinione que ſpiritib⁹ aerea corpora aſſignat.in quib⁹ Auguſtin⁹.
gnis incendiū patiant̃ ſubiungit. Si aūt quiſꝗ nulla hr̃e demones corpa
aſſeuerat:nō eſt de hac re aut laborandū operoſa inq̄ſitione.aut cōtenſioſa
diſputatione certandū.Cur em̄ nō dicamus ꝗuis miris.tamē veris modis
etiā ſpiritus incorporeos eſſe.et pena corporal' ignis affligi.ſi ſpirit⁹ hominū
etiā ipſi ꝓfecto incorporei ⁊ tunc potuerit includi corporalib⁹ mēbris.⁊ tunc
poterunt corporū ſuorum vinculis inſolubiliter alligari. Quod aūt idē Doctor
libro.xij.ſup Geneſim de infernali locu ⁊ tormenti diſputat.in in retractatio
num libro quđ accipiendū ſit manifeſtat.

Quō ignis ſpiritū detinet. ⁊ ipſe ſe detentū attente cō ſiderat inſup ignē infernalē ⁊ penā eſſe eternā ꝓbatur.et opiniones ſex enumerantur. Cap.XLVIII. Ma.

Rdinauit aūt iuſticia diuina elementū maxie afflictiuū: vt ſuper
bū ſpm̄ quaſi carcere detineat:⁊ ipē detentū ibidem attente conſi Pſalm̄.
deret.ab eo quidē quem odio implicabili odit.dicente Pſalmiſta.
Superbia eorum q̄ te oderunt aſcendit ſemꝑ. Illud aūt quātū affli
ctionis reprobis generet ex ſeipō conijcere hō facillime poſſet.qui ab inimi
ciſſimo ſibi aliquo ꝑpetuis vincul' ꝗuis ſine alia moleſtia corpis deputat⁹
eſſet.Vñ nōnulli theologorum hanc eſſe ſpirituū ⁊ animarum ante reſurrectionē
gehennā tradiderūt. Di. Cū aūt idem ſic ignis oēs detinens.eadē oīm pe
na eſt.qđ ſūme iuſticie derogat. Ma. Idem ꝗuis ignis oēs inuoluat nō
tñ eq̄liter exurit.nec oēs eque intenſe ſe detentos ꝯſiderāt. diuina hoc ipm
opante iuſticia teſte ſcptura Apocalipſis capite decimooctauo.Quātū glori
ficauit ſe ⁊ in delicijs fuit.tantū date illi tormentū ⁊ luctū. Nam dicente iu
ſtiſſimo legiſtatore.ꝑ menſura peti erit et plagarum modus. Di. Nō erit igi
tur gehenna eterna queadmodū euangeliū cōminat̃ ſed finita queadmo
dū delectatio et nūerus petorum. aut aliā cām eternitat̃ penarum aſſignabis.
Ma. Prompte.b.Augu.ait li.xxi.de ci.c.xij.Hō factus eſt malo dign⁹ eter
no.qui hoc in ſe peremit bonū qđ eſſe poſſet ineternū.et ſanctus Gregorius
dicit. Voluiſſent iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere. vt potuiſſent ſine fine
peccare.oſtēdunt qr in petō ſemꝑ viuere cupiūt qui nunꝗ deſinunt peccare
dū viuūt.Ad magnā igit̃ iuſticiā iudicant̃ ptinet. vt nunꝗ careant ſuppli
cio q̄ in hac vita nunꝗ voluerūt carere petō.de pe.diſt.i.pma para.voluiſ
ſent.Pernicioſiſſime igit̃ errāt pmo qui tandē nō ſolū hoīes oēs.ſed ⁊ de
mones miſcđia dñi liberādos autumant. ꝗuis poſt multa annorum curricu
la vt Origeniſte. Hinc ⁊ poeta ait i ſexto Aeneidorum.facilis deſcenſus auerni
Noctes atꝗ dies patet atra ianua Ditis.Sed reuocare gradū ſupaſꝗ eua
dere ad auras.Hoc opus hic labor eſt.Errant ſcđo.qui ſctorum pcib⁹ cunctos
ſaluandos exiſtimant. Errant tertio:qui ſaltē oēs baptiſatos ⁊ euchari
ſtie ſacramēto cōmunicatos ab eternis cruciatib⁹ ſequeſtrare contendunt.
Errant nihilomin⁹ quarto.qui hanc ſniam ad eos retorquēt:qui dicta ſa
cramenta in vera fide ꝯſequūtur:licet poſtea in hereſim labantur. Non mi
nus deuiant a veritat̃ tramite: qui ſolā Chriſti fidē vſꝗ in mortis articulū
ſeruatā ſufficere arbitrant̃.cū iuxta apoſtolicā doctrinā fides ſine operibus
mortua ſit.Demū longe a regno dei abſunt qui facientib⁹ opa miſcđie ꝗ

uis alias malicioſe egerint finalē ſalutē ꝓmittunt. Tantoꝝ erroꝝ figmēta
Auguſtin⁹. ⁊ ſcripturaꝝ paſſus quibꝫ innituntur: diuus Augu. nō tam abunde ꝙ doctiſſi
me libro de ciui. dei. xx. a. ca. xvij. vſ꜖ in finem redarguit. et eternitatem ge-
hennalis incendij luculentiſſime ꝓbauit.

Corpora Damnatoꝝ ſine cōſumptione eternaliter poſſe i infernalibꝫ tormētis ꝑmanere edocet quibuſdā mirabilibꝫ nūc in mūdo reꝑtis. quō hic ignis ſine lignis ſꝑ eſſe poſſit. et ſi reꝓbis ad aliq̄d luceat aucto. ſcti Grego. determinat. Ca. vltimū. Di.

SAcris eloquijs ⁊ tante auctoritatꝭ doctoribꝫ facillime aſſentio: ſꝫ
quō damnatoꝝ corꝑa edoces gehēne flāmas ſine incineratione
⁊ ꝯſumptionē in ſempiternū ſuſtinere poſſint intellectu difficile
Inſuꝑ ⁊ corꝑalē ignē qualis eſt infernalis ſine corporeis fomē-
tis diutius poſſe conſiſtere ex ꝑhia cōuincit impoſſibile. Magi.
Premonui pauloante hoc obtutū mentis nō ad mundane imꝑ
fecteꝙ ꝑhie traditionē: ſed ad ſumme iuſticie hic puniētꝭ omnipotentiā cō-
uertendū: que tanta inſolita ⁊ mira fecit in mundo ſenſibili. vt hoꝝ ꝯſidera
tione: nec de quo heſitas oīno videatur impoſſibile. Salamandra viuit in
igne. nōnullū genus vermiū in calidariū aquaꝝ ſcaturigine reperitꝭ. Nouiſſi
mi Sicilie montes qui tanta diuturnitate temꝑis at꜖ vetuſtate vſ꜖ nunc
⁊ deinceps flāmis eſtuant. at꜖ integri ꝑſeuerant: ſatis idonei teſtes ſunt (in
quit Auguſtinus li. xxi. de ciui. ca. 4.) nō omne quod ardet abſumi. Pretermit
Auguſtin⁹. to breuitatis cauſa alia mira q̄ tantus doctor contra incredulos in eodem
libro cōmemorat. Beatus item Gregorius libro. xv. moraliū ca. 50. teſtatur.
Hac ꝑbreui ſententia que li. Job. c. xx. ſcribitur. quod tu in dubiū vertis lu-
culenter diſſolui. dicitꝭ nempe. Deuorabit eum ignis qui nō ſuccendetꝭ. Quia
Gregorius (inquit Gregorius) omnipotentis iuſticia futuroꝝ preſcia: ab ipſa mūdi ori-
Job. xx. gine gehenne ignem creauit: qui in penam reprobroꝝ eſſe ſemel inciperet: ſꝫ
ardorem ſuū etiā ſine lignis nūꝙ finiret. Cum enī ſit corporeus ⁊ in ſe miſ
ſos reprobos corporaliter exurat: nec ſtudeo hūano ſuccenditꝭ: nec lignis nu
tritur: ſed creatus ſemel durat inextinguibilis ⁊ ſuccenſione nō indiget: ⁊ ar
dore nō caret. Aliud inſuꝑ mirū in hoc igne dictus ſanctus Gregorius pa-
pa libro. 9. moraliū. ca. 49. eſſe affirmat. Di. Quod? Ma. Quia gehenne
flāma reprobis nequaꝙ lucet ad cōſolationis gratiā: ⁊ tamē lucet ad penā
nam ſequaces quoſ꜖ ſuos ſecum in tormento reprobi: flāma illuſtrante vi
ſuri ſunt. quorū amore deliquerunt. q̄tenus qui coꝝ vitā carnaliter cōtra ꝑ-
cepta cōditoris amauerūt: ipſoꝝ quo꜖ eos interitus in augmento ſue dā-
nationis affligat. Di. Heu heu: ꝙ pauci intendunt. que ſcriptura ⁊ ſancti
viri de inferorū perpetuo cruciatu teſtātur. Ma. Ideo vt dn̄s ait. lata por Ma
ta ⁊ ſpecioſa eſt vita que ducit ad ꝑditionē: ⁊ multi ſunt qui intrant ꝑ eā.
Anguſta aūt porta ⁊ arta via eſt que ducit ad vitam: ⁊ pauci ſunt qui in-
ueniunt eam. Di. Docti fortaſſe tm̄ qui beatorū gl'iam pariter ⁊ damna-
torum īmenſem penā ex ſcripturis nouerunt? Ma. Nequaꝙ. non enī (ſcri
bit Paulus Romanis) auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores le Ad
gis iuſtificabuntur. Et rurſus ſcientiā inflare teſtatus eſt. Inflati autem ⁊
tumidi Anguſtam portā intrare minime poſſunt.

Sequitur Liber. xij. qui eſt ꝑhie moralis.

Liber. XII. De principiis Philo/ſophie moralis qđ ſcientia ad acquiſitionem virtutum ⁊ bene viuendum neceſſaria ſit ⁊ meriti magni. Cap. I. Ma.

Salue fili. Di. Et tu preceptor colendiſſime. Ma. Unde
hec meſticia: quã ⁊ vultus et greſſus tardior in te oſten
tant? Di. Quia me a felicitatis culmine lõgius deiectũ
inuenio. Ma. Quã ob cãm? Di. Fauſtu feliceq; me
exiſtimabã: ut qñ phie (cuius ad ethera vſq; laudes extol
lebas) pncipia rerũ quoq; cauſas cognoſcere verũ longe
aliter euenire ex his que heſterno veſpi diſſeruim⁹ intel/
ligo. Artiſſimã nempe que ducit in campũ glie viã: latiſ
ſimã vero que ad campũ miſerie aditũ phat ipſo verita
tis ore cõprobaſti. Rurſus etiã ſciam inſtare apli voce
plures apud inferos 9cluſos docuiſti. Ma. Paucis
oſtendiſti: ⁊ cũ hac q; plures apud inferos 9cluſos docuiſti.
admodũ q̃ cõmemoras: ſed irrefragabilib⁊ teſtimonijs 9probata ſunt nõ tñ
phie aut cuiuſuis ſcie ſtudiũ vel aſcenſum vł campũ glie impedire: vł deſcē
ſum in miſeriã cõpellere. ſed ad illã virtutib⁊ cõſcendere. ad hãc vitijs delabi
poſſe quẽq; diſſertũ eſt. Reſipiſce igit̃ paululũ. nec te phie inſeruiſſe tantiſp
penitebit. Hec eñ charitate ſuffulta callẽ virtutũ aperit. ⁊ viã vitioꝝ pclu
dit. Sine ſcia quippe (vt diuus Aurelius li. xij. de trinitate teſtatur. ca. xiiij)
nec virtutes ipe q̃bus recte viuit̃ haberi poſſunt: p quas hec vita miſera ſic
gubernet̃: vt ad illã que vere btã eſt perueniat̃ eternã. Rurſus q̃ hac pollent:
deũ hic ſaltẽ p ſpeculũ ⁊ enigma: ⁊ alibi facie ad faciẽ limpidi⁹ cognoſcent.
Nõne noctycorax hõ ⁊ aq̃la etiã in eadem ppinquitate ad ſolẽ ipm diuerſe
vidẽt. ſm acuitionẽ ⁊ vigorẽ oculoꝝ: Hinc ppha Daniel. Qui docti fuerit ful
gebũt q̃ſi ſplendor firmamẽti: ⁊ q̃ ad iuſticiã erudiũt m̃ltos q̃ſi ſtelle in ppe
tuas eternitates. Nec illa phie ps q̃ humanaꝝ rerũ noticiã pollicet̃. cui⁹ ⁊ tu
pncipia plibaſti pptereã ſe aquirẽda eſt: ſ; vt moralitati ſtudioue bñ viuẽdi
cõiuncta in rerũ diuinarũ agnitionẽ aggreſſuꝫ parat: vtraq; eñ phie deſcp
tio (q; operi pmiſſaꝫ memini) cõplectit̃. Di. Ita eſt. Ma. Et Lactanti⁹ li.
de falſa ſapia. ait. Uirtus aũt cũ ſcia iuncta ſapia eſt. Diſcuſſa igit̃ rõnali ⁊
naturali: moralẽ (ſi libet) pcurramus. Di. Liber ⁊ quidẽ maxime.

De diuiſione philoſophie moralis in Ethicam: Politicã: Economicã: ⁊ Monaſticã: ⁊ qđ duplici. via mala cohibent̃ pena: ſi virtutũ: laude: ⁊ de ordine dicendoꝝ. Cap. II. Mag.

Philoſophie pars quã Moralẽ dicũt humanoꝝ actuũ regimẽ pã **Phia moralis.**
dit virtutũ et vitiorum oppoſitorũ rationes explicat. ⁊ in quo **Ethica.**
demũ hoĩs felicitas cõſiſtere poſſit pquirit. Hanc in Ethicam **Politica**
Politicam. Economicã. ⁊ Monaſticã diuidunt. Ethica de vtu **Econõica.**
tib⁊ vitijs ⁊ felicitate hoĩs differit. Politica regimẽ multitudi/ **Mõaſtica.**
nis regni vel ciuitatis. Economica vni⁹ familie aut domus. Monaſtica pri
uati hoĩs gubernationẽ edocet. Primã ſi haud ſegnes luſtrauerim⁹: aliarũ
ptem non minimã expeditam cognoſcemus. Omnes eñ qui vel multitudinis **Iuuenalis.**
vel domus vel ſuij pſius curã gerunt. callẽ virtutũ ambulandũ pollicitatio
nibus ⁊ exhortationib⁊ pcurãt. Quis eñ (inquit Iuuenalis ſatyra quarta)
virtutẽ amplectit̃ ipm pmia ſi tollas: Uiã aũt vitioꝝ legib⁊ m̃ltiplicib⁊ cohi
bent. ⁊ neceſſario quidẽ. Nam omnis etas ab adoleſcentia pna eſt ad malũ.

ſcḋ.viij.⁊.xij.q.i.oīs ętas.Multi aũt nõ amore ꝟtutis: ſed timore pene de‑
clinant pauciores ꝓo animi ſui paſſiones ne in vitia ꝯſurgant:virtutibꝫ co‑
hercere ſtudent.Nã vt in epl̄is teſtat̃ Horatius.Oderũt peccare boni virtut̃
amore.Oderũt peccare mali formidine pene.Dicente aũt ſcp̄tura.Stultoꝝ i‑
Lactantiꝰ finitus eſt nũerus.Et Lactantiꝰ firmianꝰ in exordio inſtitutionũ ſuaꝝ ad‑
uerſus gentes ſcribit.Quia virtutibꝫ amaritudo ꝑmixta eſt:vitia ꝓo volup‑
tate cõdita ſunt:illa offenſi hac deliniti ferunt̃ in ꝑceps:ac bonoꝝ ſpecie fal‑
ſi:mala ꝑ bonis amplectunt̃. Di. Primũ igit̃ qḋ ꝟtus:deinde q̄ aĩ paſſio‑
nes ꝟtutibꝫ cohercende:demũ virtutũ ⁊ oppoſitoꝝ vitioꝝ rõnes ſpẽaliꝰ inda‑
gãde ſunt.Eo nãq̄ ſeruato ordine ſingula memorię cõmendare erit faciliꝰ.

Quid virtus: quõ ſit mediũ:qualia extrema: mediũ q̄liter ſu‑ mendũ ⁊ attingendũ: virtutes quõ acq̄rende. Cap.III. Ma.

Ariſtoteles

Virtus vt principiũ.

Ariſtoteles in ſecũdo li.Ethicoꝝ.virtutẽ ⁊ quo ad principiũ di‑
rectiuũ:⁊ qua ad actũ deſcribit. Di. In ordine ad principiũ
directiuũ q̄liter? Ma. Virtus eſt habitus electiuus in medio
exiſtens q̊ ad nos:determinata rõne.vt ſapiẽs determinabit
Habitũ dicit virtutẽ:vt genus eiꝰ oſtendat ꝓpinquũ. Eſt eñ
Paſſiones nõ ſunt vir‑ tutes. ꝟtus q̄litas aĩ nõ oĩs:ſed quę habitꝰ dici ſolet.habitꝰ qḋẽ
a volũtate elicitus:⁊ recta rõne determinatꝰ. Potentię aũt ⁊ paſſiones quę
etiã in aĩa inueniunt̃ ꝟtutes nõ ſunt:q: naturaliter ⁊ ſine electione inſũt
ideo ab his nec laudamur nec vituꝑamur ſicut a virtutibꝫ.In medio autẽ
virtus exiſtit duoꝝ.ſ.extremoꝝ:vniꝰ quidẽ ſm̄ ſuꝑfluitatẽ:alterius aũt ſm̄
indigentiã. et hoc quidẽ ſm̄ ſubſtantiã ꝟtutis.nã ſm̄ rõnem boni eſt opti‑
mũ in illo genere:⁊ ita extremũ.Ambo aũt vitia(q: a recta rõne ſm̄ plus ⁊
minus deuiant)alterã extremitatẽ obtinent.Addit̃ aũt quo ad nos:nõ ſm̄
rem:qḋ eñ vni multũ eſt:alteri cõueniens reperit̃.At q: rectitudo circa me‑
diũ in indiuiſibili eſt:ideo bñ agere ꝯtingit vno mõ tñ:peccare aũt modis
infinitis. Difficile eſt eñ tangere mediũ ⁊ id tenere. Facile aũt circũquaq̄
ab eodẽ diſcedere:quẽadmodũ videre eſt in ſagitarijs:quoꝝ is tñ centrum
deſignatũ ꝯtingit:qui ꝑ lineã rectã ſagittã dirigit: cęteri aũt plus ⁊ minus
declinant.Determinatio igit̃ in virtute nõ cuiuſlibet:ſed ſapient̃ eſt ſm̄ di‑
ctamẽ rõnis recte.Cõformem virtut̃ definitionẽ diuus Aurelius libro de q̄̄‑
titate anię potius dicens.Virtus eſt q̄litas q̄dam vitę:vndiq̄ cõſonans ra‑
tioni. Di. In ordine aũt ad actũ q̄liter virtus definit̃? Ma. Virtus eſt q̄
bonũ facit habentẽ:⁊ opus eius bonũ reddit. Utrãuis aũt ⁊ que principiũ
⁊ quę actum explicat.Augu.in li.ij.de libero arbitrio in vna complectit̃:cũ
ait.Virtus eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur:qua male nemo vti‑
De literarum hebraicarum numero figuris et ordie. Capitulum ſecundum.

Juſdē igitur ſcripturelegēdi modum aſſignaturus primum poſtea punctorum tibi ſignabo vires/de mum intelligēdi modum ſuperficialē breuibus reſerabo Atq; iterum de literarum numero figuris et ordine pri mum verbum faciam.Subinde earum inter ſe dn̄tias pertractabo.Oēs igitur litere quibus hebreorum ſermo cōſcribitur iuxta librorum numerum de Canōe Biblie ſcd; Hieronymum exn̄tium vigintiq; figurarum vn̄ ſiue characterum ſunt.xxvii.qn̄q; enim litere ſunt du plices ſcilicet.Caph/Mem/ Nun/phe/ zadeck. Aliter enim ſcribunt per literas principia medietateſq; verbo rum/aliter fines vn̄ et quinq; libri a pleriſq; duplices

exiſtimantur Samuel/Melachin Sebaraim Ezres/ Hieremias cū Canath.i.lamentatiōibus ſuis. Literarū aūt figure ſecundum cōem ſcribendi modū ſunt he.

Hes/Saim/Vau/he/ Dalets/ Gimel/ Bets/ Aleph/

ח ז ו ה ד ג ב א

Nun/Mem/Mem/Lamech/Cahff/ kaff/ Jots/ Tes

finale finale finale

נ ם מ ל ך כ י ט

Zadech/Zadeck Fe/phe/ayn/ Semech/ Nun Taff

finale finale

צ ץ פ ף ע ס ן ת

Schin/Res/Quff/

ש ר ק

has literas primū inueniſſe Moſen tradūt legeſq; vete.teſta. diuinitus reuelatā talibus ſcripſiſſe voluminibus/ea volnēdo denoīaſſe/proprie nō libris Oēs aūt he litere conſonātes ſūt nō vocales et cū pūctis quibus iūguntur de quibus poſt hac dicetur ſyllabas cōſtituūt. Harū etiā litterarū differētia multiplex ſignatur. Quinq; eni he literarū figure dictionū nō finē obſeruant et ponuntur nunq̄ in dictionis initio ſed nec in medio ſine ſuma quadam ſignificatione vti phas eſt videre de litera ם Eſaie ſeptimo capitulo vbi nō ſine grādi et magno miraculo principium ſibi dictionis לםרבה lemarbe vendicaſſe videtur/ſed alias reperies nuſquam.

Alie autē litere non tā in principio q̄ꝫ fine locantur quī tuplicitet et pronunciātur iuxta quinq; correquiſitorū; īſtrumētorū officia. Sunt nanq; quatuor litere quarū prolocutio gutturis motiōem requirit quarum ē hoc ſignum literarū אהחע vn̄ gutturales dicuntur ſūt itē quatuor palati contactum exigentes hac dictione ſignate גיכק Tertio lingue motu formantur/quarum

quinq̃ aſſignantur hac dictione monſtrate דטלנת quatuor ſunt nonniſi dentium vſu formabiles. Similiter quinq̃ quarũ pre ſe fert hec dictio typũ זסצרש Demum quatuor ſunt labijs vtentes vt ſunt בומף vnde ſolet plerunque contingere vnius inſtrumenti alteram ſcribere per alterã dictionum ſignificatione minime alterata. Sunt enim idem נשא et סלק tollere ſignificantes vel auferre. Similiter פרד et גן quarum vtrumque hortum ſignat. Inueniuntur eodem in loco Canticorum quarto additur duarum literarum ſonus nariũ obſtructione proferri. vt ſunt Mem et Nun.

Eſt etiã literarũ diſpar cõditiõe. Sũt nãque radicales vel fundamẽtales aliq̃ et alie ſeruiles inueniũtur et radicales pro quarũ eſt euidẽtiori indagatiõe ſciendũ oẽs fere hebraici ſermõis primitiuas dictiões mẽaſyllabas eẽ vel biſyllabas. Oẽs etiã dictiões duabus literis ſcribi ſolent vel tribus/raro aũt quatuor rariſſime quinq̃ que ob nimiã paucitatẽ ab hebreorũ doctoribus nõ cõputantur Hi igitur literarũ characteres que ĩ primitiuo. qd̃ אבן nominãt ſcribi ſolẽt tãtũ radicales vel fundamẽtales dicũtur. que aũt gratia cõiugationũ declinationũ vel cõpoſitiõe pro tẽpore apponũtur ſeruiles dici p̃nt/ vndeci ſũt litere/que ſũt ſic radicales vt nũquã ſeruiãt que ab hebreis שרשי .i. radicales noiantur. quarũ ſũt he dictiões ſigna גדזחטסעפצקר que a ſuo ouat propter nullã cõiugatiõez quoquomõ valeãt reſecari. Sũt ſimiliter vndeci que ſic plerũq̃ ſeruiũt vt pro tẽpore et radicales exiſtant ab hebreorum doctoribus ſic nuncupate משה וכלב Quarum ſũt illa ſigna איתן ... inter quas alique ſolum in initio dictionũ ſeruos ſe ex

hibēt. vt ſunt quorum ſignum שבלא alique ſuper hec et fini adiiciuntur/ vt ſunt cōtenti in h ac dictiōe הים הבג Seruiles autem que ſūt in ſignificando officia di cetur in ſequentibus. Sunt preterea nonnulla literarū que ſe ſubſequentes in eadem vel diſtinctis dictiōibus literas attenuant aut tenue pronunciari faciunt vt ſunt אהוי. non tam in principio vel medio quam fine conſti tute hoc efficiunt. Sed ה in fine tantum locata poſt poſitam literam reddit tenue pronunciandam de literis punctorum ſuſceptiuis et qualium inferius patebit. Cū etiam de literarum conditionibus hic agatur non vi detur tandem et neglectui dandum inſtar grecorum et hebreos iuxta literarum ordinem ſupputationum ſigna texere vt vnitatis ſignum ſit א penes eoſdem qualita tis ב Ternarii ג Denarii י Vigenarii כ Trigenarii ל ſic ſecundum ordinem vſq̄ ad ק que centenarium ſi guat. Vnde primi nouem pro digitis vtuntur. ſequenti bus vero loco articulorum qua propter vnam alteri cō nectando numerus reſultabit compoſitus. Hec de lite ris ſuccincte dicta ſufficiant.

De conditione et ordine pun ctorum Capitulum quartum.

De eſſentialioribus hebra ice ſcripture characteribus ſine quibus videlicz ſcribi nō poteſt mētionē fecimus nūc de minus principalioribus minuſque neceſſariis ſcz punctis diſſeramus. Solum nanque in ſacris eorū co ditionibus de canone biblie penes eos exiſtentibus he

breĩ taliũ pũctorũ vſũ habẽt Alios aũt eorũ libros nõ pũ
ctuatos nõniſi cõquiſita ex ſacris voluminibus legẽdi
cõſuetudine legere poſſũt. Vñ vnũ ẽ ſingulare ſũmaqꝫ
dei prouidẽtia cõſtitutũ vt ligue illius quiſquis exter-
nus adipiſci peritiã voluerit ex ſolutis legis ſacris codici
bus cõquirere poſſit. Cũ ibi tãtũ mõ pũcta quibus di
ſtĩcte legitur, ĩueniãtur. Quãquã aũt nõ ab initio legis
pũcta fuiſſe dicãt. Sꝫ a preſtãtiſſimo legis doctore ezra
ſuperaddita perhibeãtur poſt babilonicã iudeorũ captiui
tatẽ. idipſũ tñ ĩtelligerẽ nõ de oĩbus pũctis quibus mõ
vtũtur/ ſiquidẽ aliquos ſemper extitiſſe credo. E, medio
nanqꝫ ſublatis oĩbus pun ct is relinqueretur ſane equi
uocatio tãta/ taliſqꝫ ĩ legẽdo cõfuſio vt nõ foret cuiqꝫ le
gẽti ſatis integrũ cui ſe tuto ſentẽtie cõmitteret. per mul
ta nãqꝫ cernitur ĩ ſolis literis et magna equiuocatio ſꝫ
his adhibitis debitis pũctorũ apicibus admodũ rara de
prehẽditur. ſũt aũt pũctorũ duo gña quorũ aliqua voca
liũ vires habẽtia cũ literis quibus tãguntur ſyllabã cõ-
ſtituũt. et ſũt taliũ nouẽ. alia ſũt nõ quidẽ ad vĩ vocaliũ
literas cõtrahẽtia/ ſꝫ alio quodãmõ literarũ qualitates ĩ
ſinuãtia. et id dupliciter vel enĩ literarũ naturales voces
mutãt vel per ſe ſtare oñdunt. Vñ nõ pũcta ſꝫ literarũ ſi
gna veniũt nuncupãda. Quorum diuerſitas, nõ figura
rum diſpoſitiõibus ſꝫ locorum ẽ proprietatibus capiẽda
Idẽ nãqꝫ punctũ figura diuerſis ĩ literis vel etiã iuxta
eandẽ diuerſimõe locatũ diuerſa ſignificare ſolet. primũ
igitur d̃ vocalibus pũctis. poſt hec d̃ literarũ ſignis tra
ctabitur vocalia pũcta ſunt duplicia ſcꝫ ſĩplicia atqꝫ cõ
põta. Nouẽ ſunt nõ ob id ſimplicia vocata qꝛ figura ſim
plicis apicis, cõſcribitur ſꝫ quia vnius vocalis ſꝫ ... catiua

Primum פַּתַּח patſah vocatur et infra literam poni/
tur talis _ figura ſignificans literam cui iungit ur
a clarum vel e menſe deflecti.vt ſic.

la. cha. ka. ia. ta. ha. za. va. ha. da. ga. ba. a.

אַ בַּ גַ דַ הַ וַ זַ חַ טַ יַ כַּ כַ לַ

ta/ ſcha/ ra/ ca/ za/ za/ fa/ pa/ ha/ ſa/ na/ na/ ma/ ma/

מַ םַ נַ ןַ סַ עַ פַּ פַ צַ ץַ קַ רַ שַׁ תַּ

Secundum קָמֵץ cometz vocatur talis figure ſigni
ficans a ſueuicum quod inter a clarum et o medium
profertur poſſetque noſtris literis taliter ſcribi a

ma/ la/ cha/ ka/ ia/ ta/ ha/ za/ va/ ha/ da/ ga/ ba/ a/

אָ בָּ גָ דָ הָ וָ זָ חָ טָ יָ כָ לָ מָ

ta/ ſſa/ ra/ qa/ za/ za/ fa/ ipa/ ha/ ſa/ na/ na/ ma/

מָ נָ ןָ סָ עָ פָּ פָ צָ ץָ קָ רָ שָׁ תָּ

Tertium zere dicitur in hunc modum figu
rat .. deflectens ſupra poſitam ſibi literam in e obſcu
rum et proprie pronunciatam ſic:ſcribitur.

me/ le/ che/ ke/ ie/ te/ he/ ze/ ve/ he/ de/ ge/ be/ e/

אֵ בֵּ גֵ דֵ הֵ וֵ זֵ חֵ טֵ יֵ כֵ לֵ מֵ

ie/ ſſe/ re/ qe/ ze/ ze/ fe/ pe/ e/ ſe/ ne/ ne/ me/

מֵ נֵ ןֵ סֵ עֵ פֵּ פֵ צֵ ץֵ קֵ רֵ שֵׁ תֵּ

Quartum eſt segol tribus punctis tali modo
∴ diſpoſitis conſtitutum/deducẽs literam ſuprapoſitã
ve/ he/ de/ ge/ be/ e

ĩe clarũ vel ſueuicũ.ſicut ſcribitur. אֶ בֶּ גֶ דֶ הֶ וֶ

Vñ quatenus illorũ differẽtia facilius cõmendetur me
morie ſumãtur vulgariã hec duo noĩa mer/ ſignificatũ
huius dictiõis mare/et mer.infabula vel rumor.in quo
rum primo poſita vocalis eſt zere in ſcdo ſegol.Sed in
hac dictione latina zere pñã vocalis ſegol ſecunda zere.

Quintū שְׁוָא ſcheua dr̄ d duobus punctis ſic ordiatū ſcās e breue qd noſtri iudei legunt. medium inter o et e per naſum de quo regule dabuntur ſic ſcribitur. Scheus

he ge de be e
הְ דְ גְ בְ אְ

Sextum Hirich vocatur vno puncto infra vo
literā figuratum q̄z i ad hi di gi bi i
calem contrahit ſicut hic patet הִ דִ גִ בִ אִ Hirich

Septimum ē holem ſignatum vnico puncto
ſupra literam ad ho do go bo
ſiniſtram eius cōſtituto ſcans o vt הֹ דֹ גֹ בֹ אֹ Holem

Octauum eſt שֻׁרֶק ſchurich tribus punctis infra literam hoc modo ordinatis ⸫ et ſignificat vocalem et
quandam literam inter u hu du gu bu u ſchurich
in medio mō ſe habentē ſcribitur ſic. הֻ דֻ גֻ בֻ אֻ

Nonum eſt pūctum mellupin vnicum intra vau literam tantum collocatum faciēs cum eadem vo melupin
calem vt ſic. hu du gu bu u
הוּ דוּ גוּ בוּ אוּ vñ notes oēs punctos vocales infra lrām ponēdos p̄ter holem ſupra ad lrē ſiniſtrā partē. Et mellupim intra vau literā collocatā. Exēm primi eſt כָּל vel הִוָּה Secundi hoc datur exēplum אֶת de puncto ſcheua tales damus regulas in ſacra ſcriptura obſeruabiles. Prima talis eſt punctum ſcheua ſub pria dictionis litera poſitum pro e breui agē dum eſt. ab almanis aūt ob nimiam breuitatē quaſi inſenſibiliter pronunciatur שְׁמַע vt hic ſecunda regula. punctum ſceua inter duo puncta poſitū nō tangitur ſꝫ ſyllabe; finē indicat/ſicut in hac dictiōe יַעֲקֹב. Tertia regula. Si litera vnica equipollētie duab⁹ ꝑpter do geſch in ea poſitū locet ſcheua ꝛ hoc in dictiōis medio Legit̄ in illud punctū ac ſi ſub duab⁹ literis bis poneret. Tūc em̄ ſub prima poſitū nō tangeret. ſub ſcd̄a vo pro e breui legeretur vt videri poteſt in hac dictione מִבְּנֵי que mibbene legitur nō mibbne ſꝫ nec mibebene

Quarta regula ſi qñ eiuſdē ſpēi due litere imediate col
locētur ſub quarum pria pōatur ſcheua ſub alia cernitur
הִנְנִי ſcheua pro e breui tangatur alterum pro e lōgo.ſi
autē nō ſunt ſimiles ille due litere et ſub earum qualib;
ſcheua ponitur primum nō tangitur ſ; prioris ſyllabe fi
nē facit ſicut i ſcda regula dictum fuerat ſcdm vero pro
e breui legitur.Exēplum patet in hac dictiōe יִשְׁמְרוּ que
iechōneho legitur.Exēplum ſecundi vt in hac dictione
נִכְרְתוּ nichrerſu et hoc de punctis ſimplicibus dictum.
Tria ſunt puncta cōpoſita.Primum vocatur hateph pat
ſah cōpoſitum ex hateph/ideſt ſcheua et patſah ſic figu
ratum.Secūdum vocatur hateph cometz cōpoſitum ſic
:_ Tertium hatephſegol tali mō formatum a ∴· Hos
aūt cōpoſitos apices legētium diſcordia adinuenit.Erāt
aliqui doctiorum qui aliquas dictiōes puncto cometz no
tari voluerunt vt עֲנִי non etiā deerant dicentes e aſ dē
ſcheua deſignari עֲנִי Sic et ſuper aliis quibuſdā di/
ctōibus vigebat cōtrouerſia vt ibi שָׁאוֹל et אֲנִי cum
autē vtriq; ſubeſſet paratio cum nō idcirco ſcata mu/
tarentur dictionum cōcluſum extitit vtrunq; punctum
ſine vitio legi nō poſſe/qđ quiſq; voluiſſet et hec ratio eſt
ſcđ; aliquos.Sunt alii qui dicunt in eiſdē cōpoſitis ſche
ua debere producēdo legi vt ſimul hec oia ⁂ : e lōgo equi
ualeant ſic et de aliis.Hactenus de vocalibus punctis.

De literarum ſignis Capitulum quartum.

Literarum ſigna ſunt quatuor.Quorum pri
mum dogeſch dicitur et eſt punctum inſtar
Hirick ſed inter literas clauditur vñ ſi fue/
rit poſitum in literis בַּבֶּה indicat eas pro
nunciari debere naturalibus vocibus ſicut


in hac dictione בשנה in aliis aūt literis ſi aliquando poſitū inuenitur in medio dictionis ſignat geminas eē legēdas ſicut in hac dictione הגה in prima aūt litera que cunq̄ ſit poſitum dogeſch vult eā durius pronuncian/dum nō geminari vt in hac dictione באל דרך ſed nūq̄ poſitum in literis gutturalibus reperies nec etiā in litera res cum eedem geminari nō poſſunt. Animaduertē/dum aūt indifferenter poni dogeſch in litera vau et etiā mellupim. Si nāq̄ preter punctū in ipſa clauſum nul/lum aliud eidem litere punctū ſeu aliud ſignū adueniat punctū illud mellupim eſt et deflectitur ī u vocalem vt hic ראה Si aūt cū eedem puncto in litera vau poſito alius pūctus ſupra vel infra literam collocaretur dogeſt et redditur litera duplex. Scdm alia puncta deflectitur ſeu determinatur. vt hic חזה haſah. vel ſic מזזה meza ſeh. Scdm literarū ſignū eſt raph īſtar pūcti patſah for matū tm̄ ponitur ſupra literā. ſignificat aūt ſub ſe locatā tenue explicandā ſicut in hac dictione דוד Signatum autem ſupra quattuor has literas בכפת mutat natura les earum voces כ quidem ī ch vt כל chal. ב in f mul tū tenue ſic greci becha pronunciari ſolent vt בית et פ in ph vel f durū vt hic פניכ phaneca ת ius bleſa ת lin gua prolatum. vt hic בית bete. תוך ſcdm vere loquētes quo pronunciādi modo noſtrates iudei verecundantur vti. vt poſſetq3 literis in hunc modū ts ſeparari. ſic hic בית ets. Raphe autem ſupra vau ſignatum in f etiam mutat vel in conſonantem. Alia quedam duo puncta ſunt / que ſupra literam ſchin habent poni ſicut holem vnde ſi ad dexteram partem ſuperiorem locatum fuerit equiualere facit literam ſchin ſch. et punctū tale iam in


dicitur איש iſch. Si aũt ſiniſtrũ caput collocatũ extite
Schmol שׂ rit valet s durũ ſicut ſamech et tũc Schmol dicitur. ſi
cut enĩ lamin hebraice/dextrũ dr latine/ſic ſchmol ſini
ſtrũ iportat. Eſt et aliud quoddã punctũ in ſola litera ה
vel ſubtus locabile qđ mappick vocãt nõ litere alicuius
mappich nota ſꝫ potius ſentẽtie. Significat enĩ pronomẽ relati
uũ eius illius eiuſdẽ et cetera cõdeclinea vt in hac dicti
one videtur. בתוכה i medio eius vel illius. In hiſpano
rum codicibus intra literã ה poſitũ regulariter inueni
tur vt ſic [illegible] Aduertendũ preterea nullã illarũ ſex li
terarũ אהחויע quoquomõ nõ pũctatãſuperioribus pũ
ctis legi vbicũqꝫ põatur. Inſtantiã patitur hec regula
in his duabus literis iots et vau. Prĩo ſi iots ĩ fine poni
tur dictiõis ſãteq̃uã ĩmediate litera quenis etiã ponatur
pũcto Cometz patſach/vel holẽ directa/tũc enĩ iots tãgi
tur. Exẽplum de patſach vt חי De cometz vt [illegible] De
holẽ vt גוי Similiter iots tãgitur in fine ſi penultima
vau fuerit pũctata Mellupim/vt תלוי talui. excipitur
etiã ab hac regula vau i hac dictiõe qñ eſt i calce poſita
ſi precedens ĩmediate litera ſit iots/etiã ſi ipſi vau ſche
ua fuerit ãnotatũ vt hic [illegible] et ſi vau i fine ſine prece
dẽte iots locata fuerit legitur pro f iperfecto vt עשו niſi
punctetur alio pũcto a ſcheua tũc enĩ pũcti exigẽtiã legi
oportet vt hic [illegible] Tãdẽ hoc nõ ẽ negligendũ qñdocũqꝫ
litera hes vel ain vltĩo loco ponitur eaſqꝫ ĩmediate pat
ſah precedit qualiſcũqꝫ precedẽs vocalis locetur citius vo
calis a quã aſpirationũ illarũ ſonus audiri debet vt hic
רוח nõ ruha legitur/ruah ſic etiã יודע iodeah pronũcia
tur nõ iodeha legitur. De legẽdi mõ tibi ſufficiant.


Architecture et Per ſpectiue Rudimenta.

A Rchitectura (que geometricis rōnibus nūeroq̧ claudit̃)magnū adiumentū ſ ff. it cis rebus q̄ ad edificioꝝ machinamentorūq̧ ſtructurā attinēt. etiā ad inſtrumēta quibꝫ imenſe magnitudinis ſaxa incredibili fragore ⁊ celeritate iaculant̃ ⁊ voluunt̃ p q̄ nōnunq̧ paruo momēto hoſtes labefactant̃:muri ⁊ menia q̄riunt̃. Maxime v̄o ad reꝝ magnitudines ꝓfunditates:locorūq̧ diſtātias arte deꝓhendas. Hanc ūt tripertitā eſſe cognouim⁹:⁊ in icgnographiā:orthographiā:⁊ ſceno graphiā diſtinctā cū q̄libet illaꝝ pticularioꝛ ſit. Eſt eñ icgnographia endaꝝ in plana forma lineal' ⁊ figuris Geometricis pſignatio:q̧ vul gari vocabulo plattam formā appellare ſolent.illā Eudoxam ⁊ Architam inchoaſſe:varijſq̧ formis illuſtraſſe accipim⁹. Ortographia ē ma terialis ⁊ artificialis iuxta icgnographie demonſtrationē ⁊ Geometrie theoremata reꝝ fabricatioꝝ.queadmodū ſunt cōgeſta magna edificia: ſcalpture ⁊ hmōi alia. Differt aūt ab icgnographia q̄ abſolute formalit̃ verſat̃ in lineis:pūctis:ſupficieb⁹:⁊ nūero. Ortographia v̄o formalit̃ ⁊ materialit̃ verſat̃ in lineis:punctis:ſupficieb⁹ corpib⁹: ⁊ maiſe ponderoſ:cui⁹ diuerſa ſunt dimēſiones iuxta diuerſitatē corpis ponderoſi:nam aliter ſeruat̃ norma in lapideis aliter in ligneis corpib⁹: alit̃ in metallis:cū vnū ponderoſi⁹ exiſtat reliquo. In lapideis vnus q̄dratus ſex alios ſibi eq̄les ſuſtentat in altū: etiā cū his alios ſex minores q̄dratos figura v̄ſa ex maiori q̄drato reſultantes:⁊ ſic pcedendo fit pyramidale ꝯgeſtum:q̄ in re Archimedē Siracuſanū mirifice induſtrie virū hui⁹ diſcipline ante alios oēs doctrina excellentē admiroꝛ ⁊ extollo q̄ pcipue aere cōcauiq̧ orbis ⁊ globi celeſtis inuētoꝛ:nec min⁹ admirabil' artifex extitit:pfuit eñ ea tēpeſtate circūuallatis dura obſidione Siracuſis:⁊ tandē potita vrbe incognit⁹ a marcelli milite interemp⁹.

Scenographia eſt lineaꝝ radialiū oculi vel vmbre dimēſio. Vn̄ altitudines:lōgitudines:latitudines:⁊ ꝓfunditates q̄runcūq̧ reꝝ deꝓhendunt̃. Cui iungit̃ pſpectiua poſitiua:q̄ deſignatrix eſt et magiſtral' imitatio oīm q̄ fixo oculo cōprehēdi pñt. Ea differt a Scenographia queadmodū diſtāt q̄litas ⁊ q̄ntitas. Perſpectiua v̄ſat̃ circa q̄le qm̄ in pingendo ſimitudinē cura ſitu nō ⁊ ꝓportionū habet̃. Ortographia porro q̄ntitatē ⁊ q̄litatē ꝯſiderat. Verū eñ dimiſſa iam Icgnographia ⁊ Ortographia:vtpote (q̄ magis mecanicis opationib⁹ q̧ lr̃aꝝ deſignatiōe egeāt) Scenographie ⁊ Perſpectiue expeditionē aggrediamur hinc initium ſumentes.







Tractatus de cōpoſitione inſtrumentoꝝ tam Geometricaliū quam Aſtronomicorum.

M Enſurationes artificiales q̄ Scenographia practica dicit tres ſunt ſpēs.ſcꝫ Altimetria Planimetria ⁊ Polimetria. Altimetria eſt q̄ñ ſolā in reb⁹ altitudinis longitudinē q̄rim⁹. Planimetria dum rei latitudinē ſcrutamur. Polimetria q̄ñ longitudinē:latitudinē: ⁊ ꝓfunditatē inueſtigamus. Primo mō menſuram⁹ dimenſionē lineaꝝ. Scdo ſupficierū. Ter

tio dimēſionē corpoꝝ.Ergo igiť tractatū iſtū (in q̄ docebim⁹ mēſuras om
reꝝ cognoſcere)in duas ptes diuidim⁹.Nā in pma pte tractabim⁹ de q̄dra
tis in ſcd̄a pte de cōpoſitione Aſtrolabij meſſehalat ꝛ torq̄ti ꝛ vtilitatib⁹
vſu eorūdē q̄rte ptis circli alioꝝqꝫ inſtrumētoꝝ cōpoſitiōe de vſu ꝛ vtilitat
bus eorundem.

De compoſitione quadrantis.

Et ergo q̄drans quoddā inſtrumentū quartā ptem circl
quaſdā lineaꝝ ꝓtractiones ꝯtinēs p qð poſſum⁹ gradū ſol
ꝛ ei⁹ declinationē:ꝛ ſtellaꝝ altitudines accipe.horas tpis d
cernere:reꝝ altitudines:ciuitatū ab inuicē differētias:terr
rū longitudinē:puteoꝝ ꝓfunditatē inuenire.Fiat igiť b̄ m
q̄drans.Accipiať materia lignea vel alicui⁹ metalli: dein
reducať ad formā.4.ptis circli.deinde fiat circlus in aliq̄ tabula plana:cu
4.ps adequet q̄dranti:ꝛ illi⁹ circli rectiſſime accipiať q̄rta ps cū circino ꝛ
illi⁹ q̄ntitatē fiat q̄drans.Et infra latera q̄drantis dimittať ſpaciū parti
ex omi pte ꝓtrahendo.2.lineas rectas ꝯſtituētes angulū oīno rectū infra a
gulū q̄drantis q̄ angul⁹ voceť a.ꝛ fiat ſm hanc artē.Protrahať vna line
ſubtilis ab angulo q̄drantis b.ad angulū c.ꝛ diuidať in duas ptes eq̄les:
in puncto medio ponať pes circini imobilis:ꝛ alius pes extendať ad aliqu
punctū iuxta a.a quo puncto tu vis ꝓtrahere lineas rectas iuxta latera q̄
dranť que infra ſe debet ꝯcludere quartā ptem circuli extenſo illo pede mo
bili ipſi⁹ circini ad illū punctū.Poſtea ſm illū ſitū moueať ꝟſus b.ꝛ c ꝛ ſi
ſigneť locus in linea ſubtili iā ꝓtracta:vbi pes circini mobil' tāgit illā linea
Et a puncto iā dicto iuxta a.vſqꝫ ad punctū ꝯtract⁹ iuxta b.c.ducanť du
linee ꝛ includent intra ſe.ſ.eius angulū rectū:ꝛ inferius vnā quartā ptē cir
culi ꝓtrahendo vnā lineā ſupficialē q̄ ꝯtinet quartā ptem circuli rectiſſime
vni⁹ circuli:ꝛ illa ps inferior q̄dranť vbi eſt illa linea circūferentialis voce
limbus.ꝛ ille due alie ptes extreme voceņť latera q̄drantis.Et ſunt lat⁹ q̄
drantis dextre due tabule parue erūt eq̄liter diſtantes ab extremitatib⁹ la
teris c.Et ſunt pforate puis foraminib⁹ eque diſtantib⁹ linee a.c.deſcēden
ti.Itē infra lineā circūferentialē inferiorē.ſcꝫ b c.ꝓtrahanť linee due circla
res eque diſtātes:intra q̄s dimittanť aliq̄ ſpacia infra q̄ deſcribi poſſūt in
inferiori ſpacio iuxta limbū ſinguli gradus:ꝛ in ſupiori nūerus graduū.v
patebit in figura.etiā linea inferior ſcꝫ b c.diuidať in duas ptes eq̄les:et q̄
libet ps linee c b.diuidať in.5.ꝛ q̄libet illaꝝ ptiū in alias tres:ꝛ linee diui
onū ꝓtrahanť ab alia circlari inferiori ad aliā circularē ſupiorē duo occu
pādo ſpacia inter circlos ꝯtinētes.18.ſpacia in longū.Inferior qꝫ ps in lim
bo diuidať itaqꝫ q̄libet p̄dictoꝝ.18.portionū ſit diuiſa p q̄nqꝫ ḡdus eq̄les
trahanťqꝫ linee diuiſionū ab inferiori circulari linea ad aliā circularē ſeq
tē primū ſpaciū occupando:ꝛ erūt omēs.90.grad⁹ tot enī debent eſſe in.4
cuiuſlibet circuli:ꝛ illud ſpaciū ſic diſtinctū p gradus vocam⁹ limbū.Con
quēter dimittať ſpaciū ad q̄ntitatē duoꝝ digitoꝝ ꝛ dimidij ꝓpe illud:ꝛ pr
trahať linea circlaris diſtinguēs ſpaciū inferi⁹ a ſupiori:ꝛ vociteť iſta linea
f g.ꝛ linea illa diuidať in ſex ptes eq̄les:ꝛ voceņť puncta diuiſionū.ita q co
gnoſcanť h.i.k.l.m.n.ꝛ cōponť q̄drans tabula p.plana ꝛ taliter figatur cū
claui q nō moueať de loco facile.tūc alia tabula ꝯiungať ei inequali ſupfi
cie in puncto c.ita q linea a c poſſit ꝓtrahi in ꝯtinuū ꝛ directū in illa ta
bula ꝟſus c.Et tunc ponať pes circini imobilis in pūcto a.ꝛ alius pes exte
dať in linea a c.extra q̄drantē donec pes exiſtens in pūcto a.ſit mobilis et
tranſeat directe p punctū a b.Conſequēter q̄rať alius pūctus in linea a c
ꝟſus a.donec alius pes circini mobilis tranſeat p punctū a.Et iterꝫ reſtrin

aꝫ pes circini ꝛ iterū queraꝫ.alius punct⁹ in dicta linea ꝟſus a.donec ali⁹
s mobilis tranſeat ꝑ lineā a k.ꝛ ſic fiat ſemꝑ q̄rendo punctū ꝟſus a. in li
ā a c.donec ſex linee ꝓtrahant ſuꝑficiales ſeu circūferētiales a puncto a.
ſex puncta vicꝫ h i k l m n.ꝛ iſte erunt linee horaꝝ: q̄m ꝑ has accipiunꝫ
re dierum artificialium.

Sequitur nunc de Curſore.


Oſt a dicendū eſt de curſore .Fiat quedā concauitas in ſpacio
intercepto tunc lineas circuli in limbo inferiori c b.ꝛ inter li
neā circularē ſuꝑius que vocaꝫ g f.ꝛ in illa cōcauitate ſituetꝫ
quedā tabula q̄ currat ꝛ moueat in illa concauitate a termio
ad terminū. Jlla igiꝫ tabula habeat tm̄ in longitudine.48.
gradus in limbo:ꝛ ſi habeat plus hec eſt de bene eſſe curſo
...no eſſe.Jn latitudine aūt diuidaꝫ in q̄tuor ptes equales cū q̄buſdam
...cis circularib⁹.Longitudo cm̄ curſoris diuidaꝫ in duas ptes equales per
...eā rectā perfectā ꝑ totum longitudinē equediſtantē ab extremis. Et ſic
...tremitas curſoris dextra.p.ꝛ ſiniſtra s.ꝛ linea media vocaꝫ q.ꝛ inferius r
...unc ſciendū eſt ꝙ 3.ſpacia inferiora in latitudine curſoris.Et.3.ſpacia ſu
...riora ꝯtinebūt duas medietates zodiaci cū ſignis gradib⁹: ꝛ numero gra
...uū.Et ſex ſpacia intermedia ꝯtinebūt duas medietates anni cū menſib⁹:
...eb⁹:ꝛ numero dierū. Quequidem due medietates anni reſpondent dua
...bus medietatib⁹ zodiaci:nam in vna medietate moueꝫ ſol ꝑ vnā medieta
...zodiaci:ꝛ in alia ꝑ aliā.Et ita iſtis duab⁹ medietatib⁹ reſpōdent ſex infe
...ora ſpacia.ꝛ ſex ſuꝑiora.Conſequēter incipiendū eſt ponere ſigna. in trib⁹
...acij inferiorib⁹:ꝛ in tribus ſpacijs ſuꝑioribus.Et primo incipiem⁹ ponere
...rietem in tribus lineis inferiorib⁹ iux a lineā mediā q r.verſus p.Et pona
...r linea media curſoris ſuꝑ principiū alicui⁹ gradus in limbo:ꝛ cōputenꝫ
...ndecim gradus ꝛ dimidius in limbo:q: tanta eſt declinatio ſolis in Arie
...:in fine quoqꝫ vndecimi gradus et dimidij ponaꝫ vna pars regule:ꝛ alia
...us ſuꝑ punctū a.et ꝓtrahatur vna linea recta occupans tria ſpacia in
...riora:et tria ſuꝑiora:et illa tria ſpacia correſpondēt ſignis inferiorib⁹ Arie
...ter ſuperi⁹ Virgini.Poſtea a fine vndecimi gradus dimidij cōputenꝫ octo
...adus ꝛ dimidius ibi ponaꝫ regulā ſicut prius: ꝛ ꝓtrahatur linea in trib⁹
...ferioꝛib⁹ ſpacijs:et in tribus ſuꝑioribus:et erunt duo ſpacia alioꝝ duoꝝ
...gnoꝝ.ſcꝫ Cancri et Leonis:quoniā illoꝝ eadem erit declinatio.Et tunc in
...ne curſoris verſus p.inter lineas iam ꝓtractas.et illum finem erunt ſpa
...a duoꝝ ſignoꝝ.ſcꝫ Geminoꝝ ꝛ Cancri.Deinde fiat diuiſio alia in alia par
...curſoris.ſ.ita ꝙ dimittaꝫ ſpaciū vndecim graduū et dimidium inferius
...aliud ſuperius:ꝛ in iſtis duobus ſpacijs ſcribenꝫ duo ſigna Piſces infe
...us:et Libra ſuperius.Jtem in duobus ſpacijs octo gradus et dimidij po
...atur alia duo ſigna.Aquarius inferius: ꝛ Scorpio ſuperius. Poſtea alia
...uo ſigna remanentia.ſ.Capricorne inferius:ꝛ Sagittarius ſuperius.Et qđ
...per ſpaciū de tribus inferioribus ſpacijs diuidaꝫ per triginta gradus: ita
...uod gradus ſcribenꝫ inferius:et numerus graduū ſuperius. et ſuper nu
...erū graduū nomina ſignorum:et erunt tria ſpacia inferiora occupata et
...ia ſuperiora:tunc remanet.6. ſpacia intermedia in quibus ſcribenꝫ duo
...ecim menſes:ꝙ fiet hoc modo.Videatur in tabula in quo gradu Capricoꝛ
...incipiat Januarius:et ſuper illum gradum ponatur regula:ꝛ ſuper pun
...ū a.ꝛ ꝓtrahaꝫ vna linea tria ſpacia occupādo q̄ ſunt ſuper tria ſpacia in
...riora:poſtea videatur in eadem tabula in quo gradu Aquarij Februari⁹
...cipiat ꝛ ſuper illū gradū ponaꝫ vnū caput regule:ꝛ aliud caput ſuꝑ pun

ctum a:𝐳 protrahať alia linea occupando iſta tria ſpacia eadem ⁊ in ſpacio
intercepto inter illas duas ꝓtractas per illa duo ſpacia ſcribatur Janua-
rius Et ſup illū gradū ponať regula ⁊ ſup punctum a ⁊ ꝓtrahať vna linea
tria ſpatia occupando q̄ ſunt ſup tria ſpacia inferiora poſt ea videatur in
eadem tabula in quo gradu Aquarij Februarius incipiat ⁊ ſuper illum gra-
dum ponatur vnū caput regulę ⁊ aliud caput ſuper punctū a ⁊ ꝓtrahatur
alia linea occupando iſta tria ſpacia eadem ⁊ in ſpacio intercepto inter il-
las duas lineas ꝓtractas per illa duo ſpacia ſcribatur Januarius in inferi-
ori ſpacio illoꝝ triū ⁊ in inferiori ponať dies menſis Januarij ⁊ in medio nu-
merus dierum: vñ videndum eſt ſi menſis habeat triginta dies: tunc diui-
dať in ſex ptes ęquales ⁊ quodlibet ſpacium diuidať in quinq̃ dies ⁊ erunt
triginta Si vo menſis habeat trigintaunum dies: tūc primo dimittatur ſpa-
ciū vnius diei ſm eſtimatiōem ꝓpinquā veritati ⁊ reſiduum ſpacium diui-
datur in ſex ſpacia ⁊ quodlibet illoꝝ ſex in quinq̃ ſicut prius. Conſequenter
videať in tabula in quo gradu piſcium incipit Marcius: ⁊ ſuper illum gra-
dum ⁊ ſuper a ponatur regula ⁊ ꝓtrahať linea ſicut prius ⁊ erit ſpacium
in quo ſcribetur Februarius qui ſolum vigintiocto dies habet: vnde poteſt
diuidi in quatuor ſpatia ęqualia: quoꝝ quodlibet tenet ſeptem dies Poſtea
videatur in quo gradu Arietis incipiat Aprilis ⁊ ponetur regula ſicut prius:
⁊ erit ſpaciū in quo ſcribať Marcius cum diebus ⁊ numero dierum: poſtea
ponať ſup gradū arietis in quo incipit Aprilis ⁊ protrahatur linea ſicut pri-
us Poſtea fiat vt infra de omnibus menſibus: Et ſciendum eſt ꝙ Decem-
ber ⁊ Junius dēt ſcribi ita ꝙ vna illorum medietas ſcribať inferius in me-
dietate inferiori ⁊ alia medietas in medietate ſuperiori ad ſignandum ꝙ in
duobus medietatibꝰ duoꝝ illoꝝ menſium aſcendit ſol in zodiaco ⁊ in duobus
deſcendit. Et ſic ſcribuntur menſes in parte inferiori Curſoris ī ꝗ a ſcriban-
tur in parte ſuperiori: ⁊ ſic quadrans eſt magne quantitatis: tot ſunt ſpa-
cia ſub menſibus quot ſunt dies in menſe vt nouem lineę continentes qui-
nos dies vel ſex vel ſeptem ꝓtrahantur occupādo duo ſpacia vt melius ſcri-
bantur numeri dierum ⁊ diſtinguantur inter ſe ⁊ lineę diſtinguentes dies
non occupent niſi vnū ſpaciū: ſi aūt quadrans non fuerit magis ne quanti-
tatis: ponatur vnū ſpacium pro duobus diebus vel tribus ſm poſſibilitatē
quantitatis Curſoris. Et hęc de Curſore dicta ſufficiunt:

Scala

Deinde fiat ſcala altimetra ſicut patet in quadrante ⁊ fiat ſic linea a k d
eſt ab a vſq̃ ad Curſorem ſi quadrans Curſorem habeat vel ab a vſq̃ ad k
ſi non habeat Curſorem diuidatur in 2 ptes per 10 (primi euclidis) vel in pun-
cto medie diuiſionis ponatur pes circini immobilis ⁊ alius pes extendatur
vſq̃ ad punctum in angulo iuxta a: ⁊ tunc ille pes mobilis ſm in quo tan-
git dictum punctum ſub motu ſignet duo puncta in lineis deſcendentibus
iuxta latera quadrantis Et a puncto k non eſt Curſor vel in cōtactu lineę
medię cū ſua circumferentiali linea in limbo: ſi non eſt Curſor protrahantur
duę lineę recte ⁊ iuxta illas duę occupantes duo ſpacia ⁊ vtraq̃ linea diui-
datur in duodecim ptes ęquales ⁊ protrahantur lineę illas diuiſiones deſi-
gnantes ⁊ ſpacia inter lineas ex vtraq̃ parte intercepta dicuntur puncta: et
ſuperius ſcribatur numerus punctorum incipiendo a latere ... us quadrantis
et diuidendo iuxta artem lineam mediam quadrantis Deinde in puncto
a ponatur clauus ſubtilis cui alligemus filum de ſerico ſubtili in cuius fili
extremitate ponemus perpendiculum de plumbo vel alterius rei ponderoſe
Et margarita perforata mouetur ſuper filum de loco ad locum ⁊ erit com-
pleta compoſitio quadrantis veteris.

Alius quadrans horarius fiet illo modo.



Menſ	g	m	ſigna
Mar.	18	44	piſces
april	19	21	aries
Mai.	18	20	thaur
iuni9	14	48	gemini
iuli9	16	34	camer
augu	16	14	leo
ſepte.	16	21	virgo
octob	14	49	libra
noueb	14	8	ſcorpi
decẽb	14	38	ſagitt
ianu	19	16	capric
febru	20	14	aqua

Diuiſa quarta pte circuli in 90. gradus. partitur linea a c. in tria' equa-
lia ⁊ trahantur lineę circũferentiales: quarũ ſuprema circa a erit tro-
picus cancri: media pro ariete: tertia quę eſt limbus capricorni. Po-
ſtea queratur maxima eleuatio ſolis in cancro hora .12. ex tabula
ſequenti ⁊ iſta numeretur in limbo a b. vel ſurſa ⁊ ſuper talem terminũ ⁊ cẽ-
trum a poſita regula ſignetur punctus interſectionis in linea cancri. Siliẽ


fac in ariete ꝛ Capꝛicoꝛno ꝛ habebis tria pũcta per q̃ duo lineam rotundam querendo centrum ab extra ꝛ i lla meridiana. In alijs aũt horis queras pa riformiter elevationes ſiue declinatiões Solis in alijs ſignis ꝛ fac circulos vt in linea duodecima cum auxilio tabulę ſequentis: ꝛ habebis ſemper tria puncta correſpondentia que ſufficiunt. Ex post queras .n. in alijs ſignis ſc Tauri Gemini Leonis Scoꝛpionis ꝛc. in linea duodecima ꝛ fac partem circu. li. vt in Cancro. Ariete. ꝛ Capꝛicoꝛno vt exemplariter conſequenter videbis


Hoꝛę etiã inęquales ſiue tempoꝛales vel planetarum nõnunq̃ ſi libet ru bee quadranti inſcribuntur tali modo. Diuidatur limbus in ſex partes eq̃ les poſito pede circini in punctum a. ꝛ in qualibet harum diuiſionum ſicut circunferentię vſq; ad centrum habebis ſex hoꝛas ante ꝛ ſex poſt meridiem Deinde pone regulam ad centrum a. ꝛ ad punctum vbi linea planete inter ſecat duodecimam hoꝛam; ꝛ ſignabis interſectionem in lineam ſextam ꝛ ſic per omnes circulos ſignoꝛum ppſtponis circinum in a. ꝛ ad illa puncta in li nea hoꝛa ſexta rubea ꝛ fac partem circuli ꝛ habebis ſigna ad illum quadrã tem.

Scala altimetra inſcribitur tali modo huic q̃dranti ſicut pri . habitũ eſt

Iſta figura poteſt mutari in aliã regionẽ addẽdo vel minuẽdo ſinglis hoꝛis differẽtiã eleuatiões eq̃noctial'

12		1 / 11		2 / 10		3 / 9		4 / 8		5 / 7		6 / 0		7 / 5		8 / 4	
g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃	g̃	m̃		
64	34	62	45	55	48	46	55	36	56	26	51	16	59	7	36	♋	
62	14													5	7	♌	♊
53	42											8	18			♍	♉
42	0	40	15	35	16	28	9	19	24	9	41	0	0			♎	♈
30	29									1	7					♏	♓
22	45															♐	♒
18	21	17	11	13	31	7	51	0	28							♑	




Polimetrum ad labelland valā
viſoriū duab9 ſiſſuris
perpendiculū
Altime tra
Fixorium
Obex
Plani metra

Architecture

De compoſitione virge viſurandi.

Eſt em̄ virga viſurandi inſtrumentū p̱ quod inueſtigat̄ craſſitudo ſeu capacitas cuiuſuis dolij ſeu vaſis ⁊ fiat hoc modo.

Primo recipiat̄ virga longa ſm̄ tuam voluntatē quadratā duri ligni ⁊ bene compacti.et in vno eius latere ſcribe longitudo:in alio latere ſcribe latitudo.

Secundo oportet te ↄſiderare ad q̄ȝ menſurā.i.cuius patrie vel ciuitat̄ vel oppidi velis ipam virgam habere. Exempli gratia apud ſctm̄ deodatū.9. menſure faciunt vnā omā:4.copione faciunt menſurā.Tunc ſūme.4.copinas aque ⁊ eas infunde in vno vaſe tecto optime ⁊ eq̄liter interius fabricato manu vel torno ſtagneo vel ereo:vel ex materia.i.de ligno et erit menſura aque.Huius igitur ꝓfunditatem menſurabis preciſiſſime cum virgula lignea et eam ſignabis.


Tertio habeas menſam longā ⁊ latam ſatis politam leuem ⁊ equaȝ ſm̄ q̄ vis habere longam virgā.ſup̱ q̄ȝ menſam trahes lineā bene apparenteȝ ſm̄ longitudinē menſe:cuius principiū ſit a.Quam lineā diuide p̱ menſurā ꝓfunditatis p̄dicte ſignatā in virga lignea vſq̄ȝ ad eiuſdē linee finē notando q̄ōlibet punctū in linea:q̄ puncta erunt eq̄les diſtantie deſignātia menſuras integras vel ptes equales longitudinis.

Quarto pone virgam ꝓpoſitam vbi ſcriptū eſt longitudo ſupra dictā lineā ſcriptā in menſa ponēdo a.virge.i.eius p̄ncipiū ſeu caput ſup̱ a. linee.i.ſup̱ eius p̄ncipio c. Et diuide ptem ſeu latus longitudinis virge ſcd̄m ptes ſeu diuiſiones vel pūcta longitudinis linee.

Quinto ſume cum circino quo iuſti⁹ poteris dyametrū vaſis in q̄ aqua poſita fuerit:quē quidē dyametrū dupl catuȝ ſupra longitudinē dicte linee incipiendo ab a.erit diameter vni⁹ circuli figurati ſupra dictā lineā cui⁹ punctum erit c.punctū oppoſitū a.In circumferentia circuli ſm̄ extenſionē linee erit c.prima.quarta b.ſcda habebit d. ſm̄ aliam diametrū tranſuerſum linee ſeu diametro p̄dicto. Et linea ↄſtituens diametrū illius circuli extenta in longum vocabit̄ a c.

Sexto querēda eſt menſura latitudinis ponēda in ea pte virge q̄ in ſcripta eſt latitudo q̄ ſic inuenit̄.Extendat̄ circinus a pūcto c.ad punctū d vel b p̄ciſe:⁊ ponat̄ vnus pes circini ī.centrū e.⁊ alius pes ſup̄ lineā extentā. ſcȝ a c.⁊ ibi fiet punct⁹ vel nota p̱ f.Tunc iteȝ aperi circinū ab f.in b.vel d.⁊ ſic apertū pone vnū eius pedē iterū ſup̄ centrū e.⁊ alium pedē ſup̄ lineā extentam.ſ.a c f.⁊ ibi pone notā g.Et ſic extendēdo circinū: ponēdo ad centrū: q̄rendo noua puncta poteris ꝓcedere in infinitū ſm̄ linee longitudinē menſe tue.Que quidē puncta erunt puncta latitudinis.

Septimo iterū ſume virgam tuam:cuius principiū vt tactum eſt ſit a. Et pone ſupra centrum in circulo.f.c. ſm̄ latus.vbi in ſcripta eſt latitudo. Et vbi virga tetigerit extremitatē circuli ſup̱ c. fac notam in virga.i ⁊ vbi tanget f.fac notam ſignatā 2.⁊ vbi tanget g.fac notā 3.ſic ſemper ꝓcedendo. Et ſcias cum p̱ menſurā latitudinis ad vnum punctoꝝ longitudinis veneris ſi nō preciſe cōuenerint in ꝓnum punctū erratum eſt:vel quia linea extenta ſupra menſam nō eſt recta:vel q2 circinus nō fuit iuſte extentus. Et eius erroris de cauſa denuo incipiendum erit



De vtilitatibus ⁊ oꝑationibus quadrantis.

Altitudo Solis.

Dicto de compoſitione quadrantis. Dicendū eſt de oꝑationibꝫ tam Aſtronomicis: q̃ Geometricis que habent per eum. Si ergo velis ſcire altitudinem Solis in omni hora per quadrantem: pone punctū a. quadrantis verſus Solem: ⁊ punctum c. verſus te. et dimitte radium ſolis tranſire per ambo foramina duarū tabularū ꝑforatarum: ⁊ vide quē gradum ex gradibus in limbo abſcindat perpendiculū: ⁊ reſpice numerū graduū ſumptum ſupius: ⁊ numerus graduū oſtendit tibi altitudinē ſolis.

De gradu Solis inueniendo ꝑ Curſorem.

Solis ſi velis ſcire in quotu gradu ſigni ſit Sol ꝑ curſorē: reſpice in quo menſe es: ⁊ in quota die illius menſis. Et pone filum perpendiculi per illū diem in Curſore: ⁊ nota ſuꝑ quod ſignū ſub illo menſe: ⁊ ſuꝑ quē gradum illiꝰ ſigni cadit filū: q: in illo ſigno ⁊ in illo gradu illius ſigni erit ſol.

De declinatione Solis et eius diſtantia ab equinoctiali.

Si velis ſcire declinationē ſolis: et que ſit diſtantia eius ab equinoctiali ꝑ Curſorem: pone filum ſuꝑ gradum in quo eſt ſol ſm artem iam dictam et nota gradum in limbo ſuper quem cadit filum: et pone filum ſuper lineam mediam Curſoris: ⁊ nota ſuper quem gradum in limbo cadit ꝑpendiculū et computa quot ſunt gradus in limbo inter pⁱmū ⁊ vltimū ⁊ cauſam eius de termino ſolis.

Ad ſciendū latitudinē alicuius regionis.

Si vis ſcire latitudinē regionis: ⁊ diſtantiam cenith ab equinoctiali ſiue altitudinē poli quod idem eſt Altitudinē ſolis accipies in meridie Sole exiſtente a principio arietis vel libre: ⁊ illam altitudinē ſubtrahe de. 90. gradibus ⁊ reſiduum erit latitudo regionis ſiue altitudo poli. Vel ſic accipe altitudinem ſolis in meridie: et de altitudine ſolis ſubtrahat. Solis declinatio eiuſdē diei. Si ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibꝫ. vel addat ſi ſol eſt in ſignis meridionalibꝫ. Et q̄ poſt ſubtractionē vel additionē remāſerit ſubtrahat a. 90. gradibꝫ: ⁊ habes latitudinē regionis ſiue altitudinē poli vel ſic. Accipe altitudinē alicuꝰ ſtelle fixe notabilis iuxta polum qñ eſt in maiore altitudine de nocte. Et altitudinē in eadem nocte vel in alia: ⁊ minor altitudo

ſubtrahať de maiori:⁊ medietas differentia addať altitudini minori:ꝙ in-
de ꝓuenit eſt altitudo poli ſiue latitudo regionis.

Ad habendū horas cuiuſcūqꝫ diei in om̄i regione.

Si vis ſcire horas diei in om̄i regione.vñ latitudinē regionis ſiue altitu-
dinē poli vt dictū eſt Argentine fere gradus.48.⁊ cōputa tot gradꝰ in lim
bo q̃drantis:incipiendo a latere q̃drantis ſuꝑ ꝙ infixe ſunt tabelle ꝑfora-
te:⁊ vbi ille nūerus terminabiť moue Curſore donec ꝑncipiū.Almetis cadat
ſub ipo ꝑpendiculo directe. Et talis ſitus Curſoris eternꝰ quadrantis erit
in regione illa.Uel ſic.Accipe altitudinē ſolis in meridie:⁊ nō moue ꝑpendi
culū a ſitu in quo cadet:⁊ moue Curſorē donec dies cuiꝰ in meridie accepi
ſti altitudinē ſi cadat ſub ꝑpendiculo iſte erit ſitus Curſoris ꝑpetuus in illa
regione.Cum igiť curſor fuerit ſic diſpoſitꝰ: pone ꝑpendiculū ſuꝑ diem cuiꝰ
horā vis habere:⁊ trahe Margaritā donec cadat ſuꝑ lineā circunferentialē
vltimā que eſt finis certe hore.Poſtea dimitte radiū ſolis ꝑtranſire ꝑ vtrū
ꝙ foramē:⁊ nota locū Margarite in horis qm̄ ipſa oſtendet tibi horā diei
in quo es.Si em̄ cadat ſuꝑ lineā primā circūferentialē erit prima hora. Si
cadat ſupra ſecundā lineam erit ſecunda. ⁊ ſic deinceps.

Ad habendū idem ꝑ quadrantem ſine Curſore.


Si vis habere ꝑ quadrantē ſine Curſore Accipe in tabulis quadrantis
gradū Solis:⁊ cum gradu ſolis in tabula declinationis:accipe Solis decli
nationē ⁊ ſubtrahe a latitudine regionis in qua es: ſi ſol fuerit in ſignis ſe
ptētrionibꝫ.vel adde.Si fuerit ſol in ſignis meridionalibꝫ: ⁊ qđ poſt ſubtra
ctionem vel additionē remanſerit tene.Et tot gradus cōputa in limbo a la
tere q̃drantis ſuꝑ quot infixe ſunt tabule ꝑforate:⁊ pone ꝑpendiculum vbi
terminať numerus:⁊ moue.Margaritā vſqꝫ ad lineā meridionalē:ille erit
ſitus Margarite ad talem diem:tunc ꝑmitte radiū ſolis tranſire per ambo
foramina:⁊ nota locū vbi cadit Margarita ⁊ habes horam.

Ad habendū horas equales in quadrante horario ſiue Curſore.

Ad cognoſcendū horas equales in illo quadrante ponať Margarita ad
ſignū ⁊ ad gradū Solis:⁊ eleueť vel deprimať quadrans in Sole donec ra-
dius Solaris ꝑtranſierit ambo foramina:⁊ quaꝫ lineā Margarita in ꝑpen-
diculo tetigerit notabis:⁊ numerus horaꝝ ſuperpoſitus ad ſingulas lineas
indicabit queſitum.

De rerū menſurationibꝰ ⁊ primo de altitudinibꝰ.


SJ velis ſcire altitudinē alicuꝰ rei acceſſibilis.Reſpice altitu-
dinē rei ꝑ ambo foramina vno oclo:⁊ accede ad rem vel rece
de a re in tantū donec ꝑpendiculū cadat ſuꝑ lineā mediā q̃-
drantis.i.ſuꝑ.45.gradum.Deinde accipe altitudinē oculi tui
vſqꝫ ad plantā pedū:⁊ tantū accipias retro te q̃nta eſt altitu
do oculi tui ad terrā ⁊ nota locū:deinde menſura quot ſunt
pedes inter notā ⁊ fundamentū turris vel alterius rei menſurande: ⁊ habe
bis altitudinē eius.Si vero res nō eſt in loco plano:reſpice punctū aliqđ in
re menſurāda ꝑpendiclo cadēte ſuꝑ lineā.a b.q̄ eſt in ſiniſtro latere q̃dranť.



Et no:a punctũ:tũc nõ accipias altitudine q̃ eſt ab oculo tuo vſq; ad terrã:ſed loco illi' altitudinis ſit altitudo puncti notati a terra tunc q̃tã eſt inter pedem tuum ⁊ rem menſurandam:tãta eſt altitudo a pũcto notato ſupi⁹ cõputãdo:adde tunc illi altitudini altitudinẽ pũcti p̃notati a terra ⁊ hẽbis q̃ſitũ Uel ſic reſpice ſummitatẽ altitudis rei p ambo foramina ſic p⁹ ↄſidera ſ;ſup quẽ locũ q̃drant̃ cadit pͤpẽdculũ.Et ſi ceciderit ſup latus vmbre recte .ſ.in dextro latere ſũme n̄ierũ pũctoꝝ vmbre recte reſpiciendo ſup quotũ punctũ cadat pͤpẽdiculum Si aũt ceciderit ſup latus vmbre v̾ſe p nũeruz pũctoꝝ vmbre verſe diuide i 44 ⁊ quod exierit p diuiſionẽ ſume Deinde menſura diſtantiã inter te ⁊ turrim ⁊ qð fuerit in hac diſtantia multiplica p 12 ꝑductũ diuide p numerũ punctoꝝ vmbre p̃us ſumpte ⁊ ſup illud qð exierit adde quãtitatẽ tue altitudinis ⁊ qð remanſerit erit altitudo turris

Sole lucente


Etiã hoc idẽ fit ſole lucente p vmbras ſic Expecta donec ſol fuerit in altitudine 45 graduũ tunc vmbra cuiuſlibet rei eſt equalis rei:menſura tunc vmbrã ⁊ habebis altitudinẽ rei.In alijs aũt horis erit ꝓportio cuiuſlibet rei ad rẽ ſic in eadem hora eſt ꝓportio numeri vmbre recte ad duodecim Et ſi fuerint ſex puncta in vmbra recta que ſex medietas de duodecim: eſſet tunc vmbra medietas rei in altitudine eſt ⁊ ſic de alijs que in figura preſenti latius patent



Sed ad hoc q̄ ſcias omniũ hora accipe vmbram oportebit te mutare vmbrã rectã ⁊ v̾ſam econuerſo Si aũt vis ex vmbra v̾ſa habere numerum punctoꝝ vmbre v̾ſe diuide i 44 ⁊ illud q̄d quo exierit poſt diuiſionem eſt nũerus punctoꝝ vmbre recte Si vis inuenire vmbras verſas per rectam diuide i 44 per numerũ punctorum vmbre recte ⁊ exibit tibi in diuiſione numerus punctorum vmbre verſe

De turri vel rei inacceſſibili


Si aũt turris fuerit
acceſſibilis menſurãdo vide
mmitatẽ eius ꝑ ambo fora•
ia ⁊ reſpice numerꝝ pũcto
ꝛ vmbꝛę recte ſiĉ pri⁹ ⁊ pone
nũ in loco in quo tu ſtas in
a ꝯſiderationis. Et intelligo
oramina dn̄t eſſe valde ſtri
per que debet trãſire radi⁹
ualis ad rei altitudinis cõ•
pẽſiõẽ n aliter enĩ cito eſſet
or. poſtea elonga te a tur.
appinq̃ ei ſm̃ lineã rectã




terum reſpice altitudinẽ turris⁊ q̃re nũerum punctorum vmbrę rectę ad
ic ſitũ ſcdm in quo ſecũdo ſtabis ⁊ pone ſignũ a in loco illo ⁊ mẽſura q̃t
it podes inter duo ſigna ⁊ retine illud: poſtea ſubſtrahe nũerum mino
n vmbrę rectę de maiori ⁊ ſeruet differẽtia Et diſtãtiam inter dicta duo
a multiplica ꝑ 12 ⁊ ꝓductũ diuide ꝑ differentiã prius acceptã Et illi quod
erit adde quãtitatẽ tue altitudinis ⁊ qđ remanebit erit altitudo turris

De turris in monte menſuratione

đ ſi tu ſteteris in valle ⁊ altitudinem
cuius turris ſtantis in mõte volueris
tiri conſidera primo altitudinẽ mont
uas ſtationes ſm̃ formã pus immedi
dictam: deinde conſidera altitudinẽ
ris ⁊ montis ſimul ⁊ remoue altitudi
n montis de altitudine totius ꝯgrega
imul ⁊ reſiduum eſt altitudo turris







De menſuratione alicuius rei ſine quadrante.

Si aūt non habeas quadrantē velis menſurare altitudinē. accipe vnā virgā ⁊ eriga ſup planū ppendiculariter, q̄ habeat nōt quantitatem. Et tunc pone oculum tuum iuxta terram mouendo caput huc ⁊ i luc donec radius viſual' trāſeat p ſummitatē v̄ge ⁊ p ſupiorē ptē altitudinis turris. Deinde ↄſidera quātitatē inter locū ſup quē eſt oculus in hora ↄſiderationis ⁊ inter inferiorem partem altitudiuis rei.


Idem per virgam ⁊ vmbram

Itē aliter ad idē ſcꝫ p rei vmbras Cū eſt aliqua res (cuius altitudinē volueris cognoſcere) vmbrā fecerit. Accipe v̄gā erectā ſuper planū ppendiculariter ppe terminū vmbre rei menſurande ita q̄ vna pars virge cadat in vmbra ⁊ alia extra vmbram ⁊ nota locum in virga vbi vmbra incipit tangere virgā ⁊ p quantitatem virge que eſt inter tactū vmbre ⁊ planū multiplicet' quantitas totius vmbre que eſt inter aliū conū contactū vmbre ⁊ virgam ⁊ exibit altitudo rei menſurande.



Aliter ad idem per ſpeculū

Ponatur ſpeculū in plano ⁊ pcede huc ⁊ illuc donec videas rei altitudinē per altitudinē oculi tui a plano multiplicetur




q̄ntitas q̄ eſt inter inferiorem partem altitudinis ⁊ ſpeculi ⁊ pductū diuidatur per diſtantiā inter pedē tuū ⁊ ſpeculū ⁊ exibit altitudo rei menſurande

De ſecūda pte menſurādi q̄ planimetra dicitur ⁊ primo de lōgitudine plani.


Secunda ſpecies mēſurādi q̄ planimetra dicit' habet duas ptes. Prima eſt de arte menſurādi planū in longū. Secūda in longū ⁊ latū. De primo igi dicendū. Cū volueris menſurare lōgitudinē alicuius plani cū quadrāte ſta in vno termino plani ⁊ reſpice alterū terminū plani per ambo foramina

endo conam quadrantis in quo ſcʒ clauus
 filum annectitur iuxta oculum ⁊ conum
uadrantis per quem mutatur tabula cur-
ris verſus planum menſurandū tunc pſpe
to termino plani menſurādi accipiatur nu-
merus punctorum vmbre recte:et per.12.mul
plica quantitatē ab oculo tuo vſqʒ ad pe-
em et productum diuide per numerū pun-
torum vmbre: et exibit quantitas longitu-
inis plani.



Aliter ſine quadrante.

Erigatur virga vna
pendiculariter in vno
termino plani terre vł
aque vel cauſa exem-
pli vocetur planū b e.
⁊ virga erecta a b.⁊ p
ge a b.inſiſtat alia p-
ga equediſtanter pla-
no conſtituens cū vir
ga a b. angulū rectuʒ
⁊ ſic virga c d. Poſtea
iuxta virgam erectaʒ



ponatur oculus tuus ⁊ reſpiciat alter terminus plani menſurandi:⁊ vocet locus in virga e d punctus d.per quem tranſit radius. Deinde per quantitatem c d.multiplica quantitatem a b.⁊ productum diuide per quantitatem a c.et exibit longitudo plani queſita.

Idem per ſpeculum.


Idem facias
p ſpeculū ſicut
prius:⁊ iacens
intelligat ere-
cta. Et linea
que tibi ſigna
bat altitudi-
nem:modo ſi-
gnabit plani
longitudinem. Et reliqua que prius ſignificauit planum: ſit linea perpendiculariter inſtans longitudini in plano in quo deberet poni ſpeculum erectum ſuper vnum latus eius.




De menſuratione plani in longum et latum.




Si vis menſurare planũ in longũ ⁊ latum: tunc pl anũ aut eſt circulare aut angulare. Si circulare medietas diametri ducaẗ in medietatẽ circũferentie ⁊ ꝓductum dabit aream totius circuli. Quãtitas vera circũferẽtie habetur ſic tripletur diemeter et addatur ei ſeptima pars diametri productum, dabit quantitatẽ circũferentie. Si autem ſupficies fuerit triangularis tunc ſi fuerit equilatera menſureẗ ſic.



Diuidatur vnũ latus trianguli in duas partes equales ⁊ a puncto diuiſionis ad angulũ oppoſitum ꝓtrahatur vna linea recta tunc illa linea ſic ducta ducaẗ in vnam partem lateris diuiſi ⁊ habebitur quantitas trianguli. Si autẽ triangulus habeat duo latera equalia ⁊ tertium inequale diuidaẗ in duo equalia ⁊ a puncto diuiſionũ trahatur linea ad. angulum oppoſitum ⁊ vna medietas linee diuiſe ducatur in lineam ꝓtractam ab angulo ad punctũ diuiſionis ⁊ ꝓductum dabit aream. Si autem fuerit trium angulorum inequalium tunc ab angulo ad latus oppoſitum trahatur linea ꝑpẽdiculari et illud latus ſuper qđ cadit ꝑpendicularis ducatur in illã ꝑpendicularẽ producti me medi etas q̃ dabit aream eius.



Si autem ſuperficiem quadratam vis menſurare duc vnum latus in alterũ productum dabit aream eius.



Si alicuius dolij capacitatẽ vis habere primo inueſtigetur area ꝓfundi dolij per eius diametrum: vt dictum eſt prius poſtea aſſume longitudinẽ dolij: ⁊ per longitudinem illam multiplicetur area: ⁊ denominatio dabit quantitatem dolij: vt in ꝓcedentibus ſatis habitum eſt

Uſus virge ſeu vſus bacilli viſurandi.


Cum volueris metiri alicuius cupe ꝯtinentiam: tunc recipe diametrum fundorum ⁊ diuide differentiam inter longiorem et breuiorem in virga in parte latitudinis: ⁊ nota locum cum creta vel alia aliqua re ⁊ ſerua. Poſtea ſume diametrũ vaſis in medio ⁊ nota etiam cum creta: ⁊ iterũ diuide differentiã fundorum. ⁊ diamatri medietatis vaſis quã nota. Et hec erit diametrus vaſis. Tunc menſura vas per partẽ longitudinis virge ⁊ per partes equales que ſunt partes menſurarum ⁊ nota longitudinẽ. Et videas quot ſũt partes longitudinis: ⁊ hec erit ꝯtinentia vaſis.



Qđ ſi ſupficiei penthagone vis areã habere tũc ſi ſit equaliũ laterũ vnũ lat⁹ in ſeipm̃ ducat̃ ⁊ pductũ ternario multiplicet̃ ⁊ a ſũma exiſtẽte ſubtrahat̃ q̃ntitas vni⁹ lateris ⁊ medietas totius erit area.



De menſuratiõe lõgitudinis: latitudinis ⁊ pfunditatis ⁊ primo de pfundis corporibus.






Nunc de puteoꝝ pfunditate ⁊ vaſoꝝ capacitate tractabim⁹. Si ergo putei pfunditatẽ velis metiri: ab vno latere putei reſpice cũ q̃drante terminũ oppoſiti lateris in fundo putei. Et notet̃ q̃ntitas diametri latitudis putei. Accipiat̃ igit̃ hora ꝯſideratioñis nũerus pũctoꝝ vmbre in latere q̃drati ⁊ mltiplica q̃ntitatẽ diametri latitudinis putei p.a.⁊ diuide p numeꝝ pũctoꝝ vmbre. Et exibit pfunditas putei. Si aũt putei capacitatẽ vis habere: per aream putei pfunditas multiplicet̃: ⁊ pductum dabit putei capacitatem.

De modij capacitate.

Si vero colũne groſſitiem vis inueſtigare: ſumat̃ quãtitas latitudinis ⁊ ducat̃ in ſe ⁊ habebis areã: p q̃ꝫ areã mltiplicet̃ lat⁹ colũne ⁊ pductũ dabit eius groſſitiem



Si vero alicui⁹ modij rotundi capacitatẽ vis pſcrutari: ſumat̃ diameter ſupior: ⁊ equetur medietati exceſſus maioris addita minori: ⁊ habet̃ tũc area fundi. vt dictũ eſt de circulo: ⁊ videat̃ q̃t digitoꝝ ſit vl' palmorũ p areã illã multiplicet̃ altitudo modij ⁊ pductum dabit q̃ntitatem capacitat̃ modij. Qđ ſi habueris aliquã menſurã paruã vnius denarij vel duoꝝ tenens menſurã vini: quãtitas modij multiplicet̃ in numerũ q̃ntitatis parue menſure denotatio oſtendit: quotiẽs minus vas ꝯtinetur in modio: et ita ſi paruum vas fuerit vnius denarij ſcitur quot denariata vini ſint in modio.

De dolei capacitate.

Tractatus
De artificiali perſpectiua poſitiua.

Si rotunde columne circũ ferentia plano inſiſtat: erit mu tuus contactus/vtriuſqꝫ linea recta: axi ipſius columne equa lis.

Si ſuper planum equaliter rotunda moueatur columnam nec eſſe eſt inter ſuperficies eq̃ diſtantes eam moueri: cuius axis aliam planam ſuperficiem mediam ſuo motu deſcribet: vtrique extremarum ſuperficie⸗rum equediſtantem ꝛ equalem.




Aiota hoc pacto ſuper planum equaliter rotunda co⸗lumna ſingule eius linee/axi equediſtantes/preter axem/ad ſubiectum motui planum declinant/aut ſurſum ab eo eleuan tur ſuaqꝫ depreſſione aut eleuatione orbiculares ſuperficies deſcribunt/quarta parte circũferentie columne neceſſario mi nores. Solus vero axis nuſquam a medio aut deprimitur: aut eleuatur: ſed equaliter in rectum fertur: ſuperficiem non orbicularem/ſed planam ſuo motu deſcribens.

Si rotunda columna quarta dumtaxat ſue circunferen⸗tie parte/ſuper planum equaliter torqueatur/ſuperficiem pla⸗nam ſuo motu abſoluet eidem quarte ſue circunferentie par⸗ti equalem/ media vero parte in girum ducta: erit abſoluta plana ſuperfities/medie eius circunferentie equalis.

Quod ſi perfecta fuerit columne ſuper planum reuolutio/ erit tota plana ſuperficies ea reuolutione abſoluta/toti circun ferentie columne equalis.

Cubatio ſphere

12 Rectam lineam reuolutionis quarte partis circunferentie columne item ⁊ medie ⁊ conſequenter totius circunferentie in plano inuenire.



Inueniantur per nouemdeci ⁊ viginti quas dature propoſitiones/puncta reuolutionis baſium date columne ſcilicet q̄rte partis circunferentie ⁊ medie ⁊ totius. Sunt enim colūne rotunde baſes duo circuli. His vero punctis inuentis ducantur ab eiſdē recte linee axi date columne in plano eq̄diſtantes. He enim linee ſunt que proponuntur.

13 Planam ſuperficiem quarte parti circunferentie rotunde columne: deinde ⁊ medie ⁊ deniq̧ circunferentie toti equalem aſſignare.

Inuenta linea reuolutionis quarte partis circunferentie columne rotunde erit ſuperficies plana ab ea ad lineam prioris contactus: quarte parti circunferentie columne equalis. Et eo pacto cetere ſup̱ficies facile perquirantur.

Cuiuſlibet ſphere ⁊ ſue columne maximi circuli ſunt equales. Huius quidem baſes/illius vero diametri


Euolata equaliter ſuper planum: quarta ſue circunferentie p̱te: columnam rotunda tota eius diameter in ſuperficiem planam reuolutioni ſubiectam: quarte ſue circunferentie parti equalē ducit corp⁹ paralellogramū deſcribens eidem columne equale: cuius longitudo eſt ſuarum baſium diameter: latitudo vero quarta ſue circunferentie pars. Et craſſities toti⁹ ſue diametri axis.

Eadem vero columna ſecundum partem ſue circunferentie mediam ſuper planum equaliter delata eius itidem diameter in planam ſuperficiem: dimidie eius circunferentie equalem ducitur p̱alellogramum corpus toti colūne duplū deſcribēs.

Cubatio ſphere

Quod ſi eadem columna rotunda/p̄recta reuolutione ſuper planum ducatur/ducitur eius diameter in planam ſuperficiem toti eius circunferentie equalem paralellogrammum iterum deſcribens:corpus eidem colūne q̄druplū; date rotunde cuius axis quarte ſue circunferentie parti equatur equalem cubum aſſignare.

Sumat inter baſium date columne diametrū et eius axem/per quadrature/recta linea/vtriq̧ proportionalis que in ſeipſam ducta: queſiti cubi/quadratum effitiet. Hic igitur quadratus in ſeipȝ et naſcetur inde queſitus cubus/date colūne equalis.



Sphera ſup planā ſupficiē ꝯſiſtēs eandem in ſolo puncto contingit.

Puncta reuolutionum circūferentie ſphere ſup planum ſiue quarte ptis ſiue medie ſiue totius: vt ⁊ pūcta reuolutionū circuli aut linee reuolutionū rotunde columne licet inueſtigare.

Si ſphere ſuper planum cōſiſtētis ⁊ eandem in puncto contingentis puncto reuolutionis quarte circunferentie partis inuento: ad ip̄m a pūcto cuncta tus recta linea extendatur: erit ſcd̄m eius quantitatē: circulꝰ in eodem plano ductꝰ medie orbiculari ſphere ſupficiei: que ⁊ eius ſemiperiferia equalis.

Si ſphera ſup planū eq̄liter in rectū moueat: erit ſui motus ſpaciū columna rotunda cuius baſis ipſius ſphere diametro equalis.

Sphere diameter eſt circulus eidem cōcentricus eā in duo equalia diuidēs cuius circunferētia eſt in circunferētia ſphere.

In cōcaua rotūde colūne ſupfitie poſita ſphera: eandē ſcd̄m ſue diametri circunferentiā vndiq̧ contingit.

Si ſphera ſuper planū ſcd̄m rectā vnius quadrātis reuolutione moueatur: ducitur eius diameter in rectam lineam quarte circunferentie ſphere parti equalem eo motu rotundā columnā deſcribens/date ſphere equalem: cuius vtreq̧ baſes ipſius ſphere diametro equāt/eius ꝟo axis linee recte/quarte pti circūferētie ipſaꝝ baſiū ⁊ totiꝰ diametri ſphere eſt equal.

Cubatio ſphere

Quod ſi ſphera ſuper planum/recto tramite/media reuo
25 lutione pergat/contingit eius diametrum in rectam lineam
duci medietati circũferentie ſphere equalem/quoquidem du
ctu columnã rotundam efficiet/eidem ſphere duplam:cuius
vtreqꝫ baſes erunt/vt prius/ipſius ſphere diametro equales:
eius vero axis recte linee/medie circunferentie baſium diame
26 tri ſphere equali/equalis. Si aũt ſuꝑ planũ ꝑfecta fiat reuo-
lutio/eius diameter in rectã lineã ducit᷑ toticircũferentie ſphe
re equalem:eo quidem ductu rotũdam columnam deſcribẽs
ſphere toti quadruplam:cuius baſes iterum diametro ſphere
equantur:eius vero axis eſt linea recta:recte linee/toti circun
27 ferentie baſium ⁊ diametri ſphere equali/equalis. Unde cui
libet date ſphere rotundã primo columnam aſſignare equalẽ
eſt manifeſtum. Et deniqꝫ ex columna cubum.

Sumatur enim recta linea reuolutionis quarte partis circunfe
rentie propoſite ſphere/quarte equalis:in quam ſphere diameter du
cta rotundam columnam conflabit: eidem ſphere equalem. Huic
ergo columnam partis huius inueniatur equalis cubus:qui ⁊ erit
propoſite ſphere equalis:qđ eſt propoſitum. Patet ⁊ hoc idem/ſine
columne medio/immediatus demõſtrari:hoc pacto:inter date ſphe
re axem ⁊ rectam quarte parti ſue circũferentie equam ſumatur me-
dia proportionalis linea:que erit queſiti cubi latus.

28 Si ſemicirculus ꝑfecto gyro ſiue diametro circũducatur
ſpheram deſcribit:cuius axis eſt ipſius ſemicirculi diameter
Et cuius rurſus diameter eſt circulus eidẽ ſemicirculo dupl⁹
29 Semicirculus quomodolibet ſue diametro circunductus:
in arcum ſuo arcui coincidentem ducitur.

Arcus coincidentes ſunt quorum ſemidiametri ſunt equales.

30 Quod fit ex ductu ſemicirculi in quencunqꝫ arcũ ſuo arcui
coincidentem:eius quod ex eodẽ in recto lineam eidem arcui
31 equalẽ ducto naſcit᷑ corpus eſt medietas. Semicirculus q̄ꝫ-
tumcunqꝫ in rectã lineã ꝑpendiculariter ducatur/columne ro
tunde medietatem producit.
32 Circulus totus in rectam lineam ꝑpendiculariter ductus/ro
tundam columnam profert. Hinc omnis rotunda columna
33 cuius baſis propoſiti ſphere diametro equales:ſi ⁊ eius axis
quarte parti circunferentie diametri/eiuſdem ſphere fuerit eq̃
lis ei⁹dem ſphere equatur. Si ꝟo eius axis axi priori dupl⁹

erit ⁊ columna eidem ſphere dupla/ſi triplus tripla. Et ſi deniqꝫ qua
druplus/itidem quadrupla. Et omniumqꝫ proportio axis columne
ad quartam circunferentiam diametri ſphere partem ea eſt: ⁊ toti-
us columne ad totam ſpheram.

Que rurſus vniuſcuiuſqꝫ columne/ad eius ſpheram proportio ea
eſt: ⁊ extreme ſuperficiei columnam circundantis/ad ſuperficiē ſphe
re circundantem atqꝫ conuexam.

Sphera vniuſcuiuſqꝫ columne dicitur: cuius diameter ipſius colū
ne baſibus equatur. Et ediuerſo ſphere columna/cuius baſes ſphe
re diametro equales.

Inde orbiculari ſphere ſuperficiei extreme circundanti atqꝫ con-
uexe/equalem planam equidem ⁊ quadrantū liquet aſſignare.
Nam ſignatur propoſite ſphere columna/eidem equalis. Erit igitur
per precedentem conuexa eius ſuperficies conuexe ſphere ſuperfici
ei equam: axis vero quarte parti circunferentie eidem ⁊ baſis: toti
diametro. Statuatur deinde columna ſuper planum ſi ſumatur ex
vtraqꝫ parte puncta reuolutionis medie circunferētie ipſius: interqꝫ
recta linea ducatur que neceſſario circunferentie vniuſqꝫ columne
ſcilicet ⁊ ſphere equabitur: equantur enim per decimam quartam
ſphere ⁊ ſue columne circunferentie: inter quam ⁊ ipſius columne ax
em linee proportionalis erit queſiti: circundanti ſphere ſuperficiei
equalis quadrati latus. Idem autem promptius hoc pacto fiet: in
ueniantur due recte: vna toti circunferentie: alio vero eiuſdem quar
te equalis: quarum media linea proportionalis in ſeipſam ducta: q̄
ſitum quadratum indicabit. Erit autem linea inter vtraqꝫ proporti
onalis recta medie circunferentie eiuſdem ſphere equalis.

Unde rurſus manifeſtum eſt: ex duabus rectis vtriſqꝫ quidem me
dijs date ſphere circunferentijs equalibus in ſeinuicem ductis: pro
duci quadratum toti extreme eiuſdem ſphere ſuperficiei equalem:
ex duabus vero inequalibus: altera quidem toti circunferentie: alte
ra vero quarte eius parti equalibus: paralellogrammum produci
non quadratum/eidem circundanti ſuperficiei equum: rurſus extre
me circundanti ſphere ſuperficiei equum circulum licet aſſignare.

Reperitur enim per trigintaquatuor quadratuꝫ eidem ſuperficiei
equalis. Huic vero quadrato/per viginti ſex quadrature circulus
equalis aſſignetur: qui ⁊ date ſphere ſuperficiei equus erit.

Datam ſpheram in duas equales diuidere.

Inſcribe date ſphere cubum/cui rurſus cubo ſpherā aliā inſcri
be/que prioris ſphere cubo circunſcripte medietas erit. Eadem tm̄

eſt ſphere ⁊ cubi adinuicem inſcriptorum aut circunſcriptorum que ⁊ circuli ⁊ quadrati ratio: vtqꝫ duorum circulorum vnius quadrato circunſcripti alterius vero inſcripti: circunſcriptus ad inſcriptum eſt duplus: itemqꝫ duarum quadratorum vnius circunſcripti circulo: alterius vero inſcripti: inſcriptus iterum circunſcripti medietas eſt/ita ⁊ ſi due quoqꝫ ſphere ſunt hec cubo circunſcripta/illa po eadem ſcripta: huic dupla: illa erit ex oppoſito duocirculi: vnus ſpheram circunſcribens: alter vero ab eadem circunſcriptus erit hic illius medietas ⁊ omnium que erat quadrature circuli difficultas: par erit ⁊ cubationis ſpere: vt qui non quadratum ⁊ circulum equare poterant: neqꝫ etiam ſpheram: cubum equare: equaliaue hactenus demonſtrare poterint. Nunc vero quadrato circulo ⁊ ſphera cubicata eſt: ⁊ reſoluto in circulum quadrato dato/proportionabiliter aſſignatus cubus in ſperam eidem equalem conuertitur. Libelli de ſphere cubatione finis.

Intrnductio in ſcientiam perſpectiuam.

Viſus	Viſibile	Flauus
Viſibile	Lux	Viridis
Videndi medium	Vmbra	Purpureus
Viſibilis ſpeties	Color	Magnitudo
Viſualis radius	Magnitudo	Punctus
Speculum	Color	Linea
Viſus	Extremus	Superficies
Simplex	Medius	Corpus
Compoſitus	Extremus	Speculum
Rectus	Albedo	Concauum
Obliquus	Nigredo	Planum
Integer	Medius	Conuexum
Fractus	Puniceus	


oculus
videntis
SPERA
IN PLANO
CANCRI
TROPIC⁹
CAPPRI
TROPIC.
EQVINOCTIALIS
Circulu⁹
Arcticu⁹
Circulus
Capricorni⁹
Aries
Virgo
Libra
Scorpius
Sagittari⁹
Capricor
Aquarius
Pisces
A
P
R
E
X
K
Z
F
H
B
M
C

Inſcientiam perſpectiuā

Viſus eſt perſpectiua poteſtas:viſibilia obiecta deprehendens. Et nonnunq̃ videndi virtus:nonnunq̃ vero viſio autem viſibilis obiecti ad viſum diffuſio ſpecieſq̃ dicitur.




9

Viſibile eſt viſus obiectum/quocunq̃ per ſe a viſu deprehenditur. Que eñ per accñs:vt alterius ſimilitudinem aut priuatione videntur:preſenti propoſito minus congruunt. Corporee eñ ſubſtantie:ſuorum colorum aut magnitudinum ſpecies viſibiles fiunt:tenebre vero lucis defectu. Videndi medium eſt diuiſibile ſpatium:per quod viſibilis obiecti ſpecies/ab eo ad viſum defertur. Viſibilis vero ſpecies eſt eius qđ videtur ſimilitudo: idipſum viſui repreſentans.

Viſualis radius eſt linea recta:que a centro viſus digrediens ad viſibilis rei centrum terminatur. Et hic radiꝯ primꝯ:ceteri infiniti ſũt.
Speculum eſt corpus:quod reflexam viſibilis rei ſpeciem palam ipſi viſui refert.

Viſus ſimplex eſt rei ſimplici eius ſimilitudine intuitio.
Viſus vero ꝯpoſitꝯ qui duplici reflexaq̃ ſpẽi rẽ viſibilẽ deprehẽdit.
Viſus rectꝯ eſt cuius viſiuꝯ radius viſibili rei eſt ꝑpendicularis.
Obliquus vero viſus eſt cuius radius viſibili rei non perpendiculariter incidit.
Viſus integer eſt qui ſimplici regulari ac per totum eiuſdem nature medio ſit.
Lux eſt oĩm inuiſibiliũ primũ:que ꝑ ſe ceteroꝝ viſibiliũ ſpẽs:viſui ꝓfert. Eiꝯ oppoſitũ ẽ ſimplex eiꝰ ꝓuatio:q̃ tenebre dicunt viſibiliũ rerꝫ ſpẽs a viſu ĩtercludẽs. Umbra ṽo eſt lucis a corꝑe opaco ĩterceptio.



Color eſt ꝓpriũ viſus obiectũ nullo alio ſenſu ꝑceptibile. Magnitudo ṽo eſt viſus obiectũ cõe quã ꝑter viſum tactꝯ quoq̃ ſentit. Colorꝫ. Color extremꝯ ẽ color ſimplex excellẽs ⁊ primꝯ. Mediꝯ ṽo q̇ ex coloris extreme diſtãtia defectuq̃ naſcit̃. Et colorꝫ q̃dã ṽi ſunt:in ſenſibilibꝫ corꝑibꝫ mĩme inhereãt:nobis tñ ob ipſoꝝ viſibiliũ diſtãtiã aut nr̃i viſus debilitatẽ aut radioꝝ reflectionẽ demonſtrant̃. Hec oĩm aut veros rerũ colores ĩmutãt:aut nõ exiſtentes apparere ſciunt. Albedo eſt color viſiuum radium diſpergens. Nigredo que radium eiſdem congregat. Puniceus qui et flauus color eſt qualis malis punicis ĩnaſcitur. Viridis aũt qui vt plurimum ex humidoꝝ corpoꝝ vita aut putredine naſciter. Et purpureus eſt ſanguinis color nigro ĩmediatus. Et hi quidem ſunt communes yridis colores:quibus diſcolor yris perſpicitur primus puniceus:viridis medius tertius purpureus. Magnitudinũ.

Introductio

Qui punctus/linea/ſuperficies ⁊ coꝛpus Geometricum introdu ctoꝛium pandit. Sunt autem puncta/linee ⁊ ſuperficies ſecundum ſe quidem viſibilia. Coꝛpus vero minime ſecundum ſe viſibile: vt quod vndiqꝫ circunſtantibus clauditur ſuperficiebus intrinſecus oc cultum abditumqꝫ manens.

Cum enim coꝛpus nos videre dicimus: eius aut ſola puncta aut li neas aut ſuperficies/non intimam ipſius pꝛofunditatem intuemur


Speculoꝛum.

Speculum concauũ eſt concaue ſphere poꝛtio.
Conuexum vero cuius conuexa ſuperficies viſum reſpicit. cuius ſu perficies concaua ad viſum conuertitur.

Planum autem ſpeculum eſt cui ad viſum conuerſa ſuperficies eſt plana.

Diffinitoꝛum pꝛopꝛietatis viſiuum.

1 Omnis viſus viſibili eius ſpeciem ſuſcipiendo patitur.




2
3 Neceſſe eſt viſum viſibili attiguum immedi
4 atumqꝫ non eſſe. Utriqꝫ oculi videndo in idẽ viſibile concurrunt: idqꝫ vt vnus oculus ſi mul intuentur.


Viſus tribus ſperulis diſtinguitur: extre ma quidem circundanti: quam albugineam dicunt: media vero cerulea quam coꝛneam: intima autem nigricante quam vineam gla cialemqꝫ appellant.

5 Harum omnium ſpherularũ centra vnica recta linea continet
6 Totus viſus in ſpherule vuee centro conſiſtit.
7 Linea omnium ſperularum centra continens: eſt earum axis v nicuiqꝫ earum perpendicularis.

8 Duobus oculis vt vno tantum oculo ſumptis: quicunqꝫ radius vni eoꝛum eſt perpendicularis eſt ⁊ alteri perpendicu laris imaginandus.



Omnis viſus ſecundum rectam lineã fit.
9 Si inter viſum ⁊ viſibile vlla eſt curuitas aut
10 tumoꝛ viſionem aut impedit aut frangit. Uniuerſus oculi intuitus oꝛbem non perfectum ſed tantum dimidium op plet.




Quanta eſt oculi diffuſio qua extertitus patet: tantus eſt ⁊ eius intuitus.
11 Hinc fit vt quatuoꝛ ſolidoꝛum angulorum ſpatio ac toto hemiſperio: viſus viſibilia depꝛehendat.
12 Viſibilis.



Omne viſibile:in viſum propriam ſpetiem agit.
Viſibilis rei ſubſtantia immota manet:cuius ſola ſpeties in oculum pergit.
Viſibile toto hemiſpherio:ſuam ſimilitudinem in eãdem partem fundit.
Hinc viſibilis:⁊ viſus diffuſiones equantur.
Neceſſe eſt viſibile viſui in eius d.ffuſione/expanſione atqꝫ hem ip herio/eſſe obiectum.
Sine lumine/viſibilia nuſq̃ꝫ cernuntur.

Medij videndi.



Medio videndi viſus viſibile ſeparantur.
Primũ mediũ a viſibile patit̃:poſtrẽo ĩ viſũ agẽs.
Vidẽdi mediũ:vtriqꝫ viſui ⁊ viſibili ĩmediatũ eſt.
Omne videndi med iũ eſt corpus tranſparens.
Cõuenit vidẽdi mediũ arcu lumĩe eſſe affectum.
Medij vidẽdi duo ſũt hemiſpheria:vnũ q̃dẽ quo ad viſuȝ/alterũ vero quo ad viſibile querit̃.

Hic ſolum videndi medium perfectum eſt:vt q uod totiꝰ ſphere ambitu circumquaqꝫ radios expandit.


Viſualis radij.

Scd̃m totum viſus hemiſpheriũ viſualis ſeſe radius emittit.
In ipſa viſiuorum radiorum effuſione:oculis ſui centri iuditio : vt indiuiſibilis eſt ſumendus.
Solius glatialis ſphere centrũ:viſiuos toto hemiſpherio fundit.




Omẽs viſui radij:ſt ſphere oculi glatiali perpendiculares.
Fortiſſimus viſiuꝰ radiꝰ eſt/qui totiꝰ viſus axi cõtinuꝰ/directuſqꝫ exiſtit.
Fortiſſimꝰ viſiuꝰ radiꝰ anterior:ceteri ꝓ q̊ ad dexterã dextri:q̊ ad ſiniſtrã:ſiniſtri dicuntur
Viſualis radius:in vnũ tantũ viſibile perfecte intendit.

Viſibilis ſpetiei.




Viſibiles ſpeties ab ipſo viſibili effuſa:totũ hemiſpherium complet.
Viſibilium ſpecies:minime ſcd̃m totũ hemiſpheriũ/aut lineas eq̃diſtãtes in oculũ pueniunt.]
Rerum viſibilium ſpecies:aut ſecundum l neaȝ rectam aut trigonum:aut pyramidem a viſibilibus ad oculum pergunt. Huiuſce vero pyramidis baſis in re viſibili:conus autem in oculo exiſtit.

Introductio



Aduerſus viſibilis rei punctis:diuerſi viſiui radij omnes in eundez 4'
oculum concurrentes producuntur.
Quolibet viſibilis rei punctum:radios potentia infinitos.in varios
oculos hemiſpherio toto rem viſibilem circumſtantes expandit.
Cuiuſlibet viſibilis ſpeciei radi⁹ vnuſquiſq; in tm̄ vnū ocl'm cadit.
Eiuſdem viſibilis ſpecies tum demum ⁊ earundem ſpecierum radij 6
in immenſum multiplicantur. 7
Diuerſorum rei viſibilis punctorum in eundem oculum tendentium
radij quanto longius pergunt tanto quoq; minus adinuicem diſtat 8
Eiuſdem vero puncti radij in diuerſos oculos expanſi:quo magis
a viſibili:eo quoq; magis ⁊ inter ſe oblongantur. 9
Qualis eſt extrinſeca rei diſpoſitio:tale eſt ⁊ in oculo:cunctis pari
bus:ſue ſpeciei iuditium. 10




Fit viſus cū extrinſece rei diſpoſitiōi:diffici
lia tolle:par ē in ocl'o ſue ſpeciei.ordo atq;
Impoſſibile eſt plures viſibi :repn̄tatio. 11
lis ſpeciei radios eidē oculo eſſe ꝑpendicu
lares:pluribꝰ vero oculis:plures ſpherici vi
ſibilis radios ꝑpendiculares eſſe cōtingit.
Aliorū autem viſibilium minime.
Viſibilis ſpecies ſue varietatis ſubſtantiaz 12
⁊ omnia eius accidentia oculo declarat.


Speculi 13

Speculorum forme ſecundum geometrica
rū figuraꝝ ſpecies variantur ſuntq; tot ſpe
culorum conficiendorum modi:quot ⁊ geo 1
metrice figure.
Neceſſe eſt rerum viſibiliū ſpecies viſibiliter
a ſpeculo in oculum reflecti. 2
Speculum neq; omnino tranſparens eſt ne
q; omnino opacum.
Corpus ſimpliciter opacum: viſibilium re 3
rum ſpecies aut non ſuſcipit aut ſuſceptas
minime pandit.


Corpus vero quod omnino tranſparet eaſdem ſpecies minime reflec 4
it.Hinc ſpecu in extrema ſuperfities perſpicua:poſtrema vero opa
ca ſit oportet atq; ex diſſimilibus ſuperficiebꝰ eſt ſpeculuz mixtum.



Suprema ſpeculi ſuperſicies viſibi
lium rerum ſuſcipit ſpecies:extrema
vero eaſdem reflectens in oculum re
fert.Speculum ſuperficies prima a
viſibilibus ſpeciebus patitur : extre
ma vero primū quidem ipſis reſiſtit ac demū eaꝝ reflectione agit.



In ſciētiam perſpectiuam




Cōtingit trāſparētia corpa opacꝭ corpib⁹ ꝯiuncta atꝗ attigua fieri ſpecula:ea aūt ꝑ ſe ſūpta/ſpecula nō ſunt. 9
Neceſſe eſt ſpeculum inter rem viſibilem ⁊ oculum quo⁊ io
modolibet atqꝫ vtrius eſſe medium.
Si viſus ⁊ ſpeculum a re viſibili aut res quidem viſibi 11
lis ⁊ ſpeculū a viſu ex oppoſito diſtent:erit eorum ſitus
ad reflexe imaginis perceptionem incommodus.
Queuis autem alia eorum diſpoſitio reflexe in maximꝭ
intuitioni congruit veluti cum fuerint viſus et viſibile 12
coniuncta:ac eodem in parte ſita/ipſiqꝫ ſpeculo oppoſita.
Ab omni ſpeculo perpendicularis reflectionis inuiſibilis eſt imago 13
Res viſibilis in tanta ſpeculi profunditate apparet quanta eſt eius 14]
a ſpeculo diſtantia.

Viſus ſimplicis.

Simplex viſus/rei vniuſcuiuſqꝫ veritatem prima eius ſimilitudine
deprehendit.
Simplicis viſus viſibilis ſpeties eſt ſimplex ⁊ ſue veritatis prima:a 2
qua recto tramite ad oculum pergit. 3
Simplici intuitioni/ſpeculo opus eſt nullo. 4
Quicquid in parte oculi collocatur:ſimplici viſum inuiſibile manet 5
Unde fit vt ſimplicis intuitionis obiectum:ex neceſſitate viſui ſecū
dum ſitum debeat opponi. 6
Simplex viſus compoſito fortior ac primo approbatur.

Compoſiti.


Compoſito viſu/vniuſcuiuſqꝫ rei ꝟitatē ſcd̾a ei⁹ ſiľitudine ītuemur
Compoſitus viſus eſt reflexus.
Compoſito viſui ſpeculum eſt neceſſarium.
Compoſiti viſus obiectum eſt prima veritatis
ſiľitudo q̄ ſcd̾e ſiľitudinꝭ medio ī ſpecľo appatꝫ
Compoſitus viſus duplici radio fit altero qui
dem directo a re viſibili ad ſpeculum/altero ve
ro reflexo a ſpeculo ad viſum.
Angulus incidentie directi radij ſuper ſpecu-
lum. Flexi radij angulo eſt equalis.



Viſus cōpoſit⁹ ſimplici debilior poſteriorqꝫ eſt
Cōpōti intuitiōis obiectū in ocľi ꝑte collocari debet.
Sola cōpōta ītuitiōe res ſeipās ſuāqꝫ ſiľitudinē ītuenť.
Omnis angulus ſpeculo ꝑpendiculariter incidens in ſe
ipſum reflectitur.

Recti.

Rectus viſus obliquo fortior eſt ⁊ quedā eius equalitas
Impoſſibile eſt plura viſibilia aut plures eiuſdē viſibiľ
ptes a recto viſu ab eodem oculo deprehendi.




Hinc q̄cquid oīo ſimplici viſu deprehēdiť īdiuiſibile eē opꝫ ⁊ pūctū
Res tñ diuiſibilis ſimplici viſu videri dr:q2 eius aliquis radius ocu
lum perpēdiculariter incidit. Contingit rei viſibilis radiū/q̄ ab ocľo



videt eidē ſcd̄m longitudinē ⁊ latitudinē ꝑpēdicularē eē aut
lōgitudine ꝑpēdicularē:latitudine ꝟo obliquū aut lōgitudīe
obliquū ⁊ latitudīe ꝑpēdicularē aut deniqȝ ⁊ lōgitudine ⁊ lati 6
tudīe obliquū. Ocul⁹ in centro poſitus:oīa circūferētie pūcta
recto viſu ꝑpēdit. Cuiuſlibet pūcti circunferentie recte intui 7
tiōis radi⁹ i vlteriora ꝓtenſa ꝑ eius centrū trāſit. Obliqui 1
Obliquus viſus recto minus fortis eſt:inequalis. 1



Si idē ocl'us plura ſimul viſibilia aut plures eiuſdē viſibilis
ꝑtes ītueat:erūt aūt oēs intuit⁹ aut ꝑter tm̄ vnū ceteri obliq 3
Si pluriū eiuſdē viſibilis radiorum fuerit vnuſquiſpiā oclo
perpendicularis non obliquus ſed rectus cenſetur viſus.
Si vero radij oēs oculo obliqui:viſus cenſendus obliquus. 4
Si fuerit oculus extra circunferentie centrum:ſed in eius am
bitu conſiſtens:duo tm̄ eius puncta diametro diſtantia recto
intuitu perſpiciet:ceterorum vero punctorum obliquus erit



Oculus vero extra circunferentie ⁊ centrum ⁊ amborum conſi 5
ſtens:aut nullum aut vnum totum eius punctum recto depre
hendit iuditio:cetera vero puncta obliquo.

Integri


Simplex ⁊ eiuſdem nature medium:radiorum viſualium ſpe 1
cierumqȝ viſibilium integritatē ſaluat.
Integro viſu res viſibilis tantum vna ⁊ integra videtur. 2
Integri viſus radi⁹ a viſibili ad oculū direct⁹ continu⁹ vnuſ 3
qȝ permanerit.

Fracti.

Diſſimile mediū occurrens:obliquos viſuales radios frāgit. 1
Fractus radius. in eo quo frangitur puncto angulū facit. 2
Rei viſibilis radius interuenienti diſſimili medio perpendicu 3



lariter incidens ab eo non frangitur.
Solus is radius a diſſimili medio frangitur qui eidem ad im 4
pares angulos incidit. Eſt autem diſſimile medium vt rarius
aut denſius. Rarius enim magis quidem diaphonum minus
reſiſtit:denſius vero minus diaphonum magis ſuapte natu
ra reſiſtens. 5
Omniū radiorum perpendicularis eſt fortiſſim⁹:ceteri vero quā
to perpendiculari propriores. tanto fortiores. quanto vero ma
gis ad perpendiculari remoti tanto debiliores exiſtunt.
Interdū radij qui magis a perpendiculari diſtant. diſſimilis 6
medij occurſu franguntur.
Radiorum fractio aut perpendiculari aut ad ꝑpendicularē fit 7
Rarius mediū vt aer. rarius perpendiculari frangit. Denſius 8



vero vt aqua ad perpendicularem.
Radij qui ad perpendicularem franguntur longi⁹ porrecti tā 9
dem perpendiculari concurrūt ipſmqȝ adaugent. 10
Plerūqȝ qđ directo radio videri nō pōt. eodē fracto ꝑcipitur.
Directo infractoqȝ radio res vbi eſt apparet. fracto vero extra 11
ſuū locū videt.

Inſciẽtiam perſpectiuam

Fracto radio res in eo apparet loco in quo pyramis viſus cum perpendiculari radio a re viſibili ad diaphoni corporis eam continentis ſuperficiem ducto concurrit.



Quicquid viſibilium rerum reflectit radios eodem frãgit ⁊ non quicquid eos frangit reflectit.

Omnis radius reflexus eſt ⁊ fractus ⁊ non omnis fractus re

4 Tranſparens corpus radios ſolum frangere ꝛflectitur.
5 at non reflectere ſufficit.
6 Fracto radio res apparet interrupta. Lucis.



Lux eſt lucidorum corporum ſpecies.

Sine luce aut viſibilium rerum non diffunduntur ſpecies aut in medio quidem diffuſe: minime ad oculum perueniunt aut in oculo recepta vis intuitiua non ſentit.

Unde fit vt lux ſit diffuſionis viſibilium ſpecierum: ⁊ ut earum directionis in oculum aut intuitiui iudicij actus.

Lux rurſus eſt ⁊ perſpicuorum ⁊ colorum ⁊ viſibilium omnium actus.

Sub luce fulgor lucis ſimilitudo comprehenditur.



Fulgida corpora proprio fulgore in tenebris conſpiciunt.

Quodlibet lucidorum corporum pũctum toto hemiſperio lucem in tectum diffundit.

Umbre

Omnes tenebre vmbre ſunt: vmbre vero nõ om̃es tenebre.

Umbra eſt quedam opaci corporis ſpecies.

Neceſſe eſt inter vmbram ⁊ luminoſum corpus diametraliter corpus opacum opponi.



Corpus tranſparentis luminoſo corpori oppoſito nulla eſt vmbra. Et a corpore luminoſo lumen ſecundũ pyramidem diffunditur: ita ⁊ ab opaco vmbra.

Si lucidũ corpus fuerit oppoſito ſibi opaco maius erit eius vmbra/pyramis directa atq; perfecta. Si vero equale columna. Si minus pyramis euerſa ⁊ imperfecta.

Si fuerit opaci corporis vmbra pyramis: eius axis quantum liber productus per corporis opaci ⁊ lucidi cẽtrum tranſibit



Umbre corporis opaci pyramis eandem multilateram cum corpore opaco ſortita eſt figuram.

Ex corporis vmbra/eius quantitatem deprehendere licet.
9 Angulo ⁊ axe pyramidis vmbre deprehenſis: corporis vmbroſi quã-
10 titas in promptu aſſignari poteſt.

Coloris.


1 Colores ſunt extrinſeca ſubſtantiarum rerum ſigna.
2 Color eſt luce poſterior: ⁊ vt eius potentia qua ſine inuiſibilis manet
3 Colores autem ex rerum natura: aut paſſionibus aut luminis reflec-
tione aut aliorum colorum iuxta poſitionem gignitur.
4 Colores ex rerum natura aut paſſionibus orti: veri ſunt: quorum illi
in ſubiecto permanentes. hi vero vt plurimum fluuidi continuo di-
5 ſpereunt. Qui vero ex luminis reflectione aut aliorum colorum iux-
ta poſitione naſcuntur: non veri ſunt ſed tantummodo apparentes
6 Veri colores opacis dumtaxat corporibus inſunt. Apparentes autẽ
et in opacis ⁊ tranſparentibus conſpiciuntur.

Magnitudinis.

1 Contingit magnitudinem propria ſpecie vel nullo affectam colore
videri.
2 Magnitudo aut ſecundum lineam aut ſuperficiem aut corpus vi-
detur.
3 Ex viſu magnitudinis: eius quantitas eſt cognoſcibilis.
Sub magnitudinibus earum termini comprehenduntur.
4 Soli magnitudinum termini ſunt principalia viſus obiecta magni-
5 tudines vero media quibus ſui termini conſpiciuntur: principale vi-
ſus obiectum eſt quod videtur. Medium vero ſecundum quod vi-
detur.



6 Omnes magnitudinum termini ſecundum ſuas magnitudines videntur: punctum quidem ſecundum lineam que ſecundum ſuperficiem: que ſecundum corpus.



7 Inter magnitudinum terminos qui eſt ſolum terminus: ⁊ non magnitudo veluti punctus viſibilis quidem eſt: at ſecundum ipſum nihil videri contingit.

Inſciētiam perſpectiuam



8 Inter vero magnitudines/ea item'que ſola eſt magnitudo / termini ratione deficiens veluti corpus: ſolum ſecundum ipſam quippiam videtur ipſa vero inuiſibilis manet.

9 Hinc terminorum extremus vt punctus ſolum principale: eſt quod videtur/nullius videndi medium: extrema vero magnitudo vt corpus/ſolum videndi medium/non principale.

Medij autem termini et magnitudines/vt termini quidem ad ſeipſos precipua ſunt viſus obiecta/vt magnitudines vero ad ſuos terminos/media quibus videantur.

0 Omnis magnitudo a longe conſpecta/planior apparet atq̄ minor.

Colorum extremorum ⁊ mediorum.

Colores extremi ſunt medijs natura priores.
Extremi colores ſunt tantum duo/medij vero infiniti eſſe poſſunt.
Extremi colores ſunt tantum duo medij vero infiniti eſſe poſſunt.
Extremi colores medijs certiores ſunt et permanentiores.
4 Extremas colores frequentius rei natura aut paſſio profert raro autem colorum iuxta poſitio aut radiorum reflectio.

5 Medij vero colores frequenter quacunq̄ ex cauſa gignuntur.
6 Hinc extremorum colorum difficilior eſt ortus interius ⁊ cauſa. Mediorum vero facilior.

Albedinis ⁊ Nigredinis.

Albedo eſt vt nigredinis habitus/lux/arcus ⁊ perfectio.
1 Nigredo vero vt eius pꝛiuatio: vmbꝛa: ⁊ imperfectio.
2 Albedo eſt natura nigredine pꝛioꝛ.
3 Contingit ex albo in nigrum ⁊ medium coloꝛem omnem ꝑmutari.
4 Ex nigro vero in album aut medium coloꝛem aut :impoſſibilis aut
5 difficilis eſt regreſſus.

6 Albedine diſperſus viſus debilitatur: nigredine vero collectus: foꝛtioꝛ euadit.

Omnis coloꝛ de pꝛope qualis eſt apparet ex diſtantia vero tantam
7 nigredine permutari videtur.
Hinc nigredo eſt omnium coloꝛum finis: in quo vniuſcuiuſqꝫ defi-
8 cit viſus.

Punicei: viridis: purpurei.

1 Fulgidum interſtitio nigro conſpectum: puniceum gignit.


2 Quicunqꝫ lucis radius ex reflectione puniceum gignit: debilioꝛ factus viridem pꝛofert.

5 Rurſum quo foꝛtioꝛe viridis coloꝛ gignitur deficiens cōtinuo in purpureum permutatur.

4 Ex punicei igitur defectu viridis: ex cuius imminutione purpureus oꝛitur.

Tres p̄cipue viridis coloꝛes ſunt: puniceus: viridis: atqꝫ purpureus qui ex radioꝛum reflectione naſcuntur.

Puncti.



1 Pũctum ſecundum rectam lineam videtur eiuſqꝫ radius eſt linea recta.
2 Quodlibet tranſparentis coꝛpoꝛis pũctum ex omni parte eſt viſibile.

Tranſparentis coꝛpoꝛis quodlibet punctum ſecundum ſpheram to-
3 tam radios in medium pꝛofert.

4 Sola opaci coꝛpoꝛis extrema puncta: que extremis eius ſuperficiebus inſunt: viſibilia ſunt intima autem inuiſibilia.

5 Nulla opaci coꝛpoꝛis extrema puncta hemiſperio toto ſunt conſpicua.

6 Omnis pũcti intuitus eſt eiuſdem perpendicularis.


Impoſſibile eſt ab eodem oculo pũctum ſecundum ſuperficiem aut
7 coꝛpus videri. a diuerſis autem contingit

Lineę.

1 Lineę viſus/eſt ſuperficies triangularis: cuiꝰ
conus in oculo/baſis vero linea que videtur.
2 Recte lineę ſimplex eſt viſus: curue vero tri-
plex: concauus/connexus/et venter.




Oculus concauo aſpectu: quamcunq; circumferentie portio
3 nem intueri poteſt: totam vero circumferenti
am minime. Connexo vero aſpectu neq; maio
4 rem/neq; mediam: ſed ſolam minorem intuet.
Si oculus curuam lineam cõnexo intueatur
5 aſpectu: fueritq; angelus viſionis in oculo factus/alicuiꝰ po
ligonie equilatere ⁊ equiangule figure angulus: erit curue
pars viſa tota ſue circumferentie pars/quota
eſt eiuſdem figure ab eius lateribus ⁊ angu-
lis ſumpta denominatio: cui ſubtenta chorda
erit eiuſdem peligione toti circumferentie in-
ſcribende latus.






Unde ſit vt ſi idem angulus fuerit rectus: cur
6 ue connexo aſpectu viſe pars/ſit totius circũ-
ferentie quarta: ſi vero acutus; quarta parte
maior. ſi deniq; obtuſus.



Rectam lineam/aut curuam concauo aut/quarta minor. con-
7 nexo aſpectu oculus inſpiciens: eandem ſecundum planam
ſuperficiem videt.


Si curuam lineam connexo aſpectu intueaſ
8 oculus/erit extreme viſus lineę que in oculo
angulum claudit/eandem curuam contingen
tes et inter ſe equales.



Si curue lineę venter fuerit aſpectus/et ea quidem circum-
9 ferentia: erit totius viſionis orbicularis ſuperficies/rotunde
pyramidis circumferentia. Si vero circumferentię portio-

erit viſionis ſuperficies totius circumferentie pyramidis pars

io Si recta linea ab oculo videatur: fueritq; linea recta ab oculi centro ad viſam lineam educta: vnum tantum viſe linee punctum/ oculus ex neceſſitate deprehendet.



ii Si vero recta linea ab oculo ad viſam educta/ eidem in medio eius puncto perpendiculariter incidat: erit viſionis triangulus exigonius/ aut ortogonius iſoſceles aut iſopleurus. Quod ſi extremo puncto fuerit perpendicularis; erit viſionis trigonus orthogonius.

i2 Si vero recta linea ab oculi centro ad viſam procedens/ nulli eius puncto perpendiculariter incidat: erit totus viſionis trigonus ambligonus.



i3 Impoſſibile eſt linee viſum/ corpus eſſe.

Superficiei.

i Orbicularis ſuperficiei duplex eſt obtut9 concauus et connexus.



2 Contingit concauo obtutu quamcunq; orbicularis ſuperficiei portionem intueri: totam vero orbicularem non contingit.


3 Connexus viſus: orbicularis ſuperficiei portionem neq; maiorem/ neq; mediam at ſolam minorem ex neceſſitate deprehendit.

4 Orbicularium ſuperficierum concaui & connexi viſus: paribus curuarum linearum intuitionibus proportionantur.

5 Vtriq; ſphericarũ ſuperfitierum: ſunt pyramides rotunde quarum baſes ſunt orbiculares ſuperficies conſpecte.

Circuli idem viſus: eſt pyramis rotunda/cuius baſis ipſe eſt circulus.

Si recta linea ab oculi centro/ad viſaꝫ planam ſuperfitiem ducta fuerit eidem directa: extremas dumtaxat eius lineas oculꝰ intuebitur.



Si vero ab oculo linea recta/ad viſam ſuperfitiem planam ducta eidem ad anglos occurrat: eandem totam ſuperfitiem oculus deprehendet.


Figure plane poligonie viſus: eſt laterata pyramis/totidem laterum et angulorum.

Corporis.

Proprium corporis interuallũ: eſt profunditas ꝑ ſe inuiſibilis.




Unde fit vt ⁊ corpus/propria dimẽſione ſit inuiſibile.



Corpoꝝ oculo obiecti ſolos angulos/aut latera/aut extremas ſuperficies intuemur

Hinc vniuerſe corporum intuitiones/in ſuperficierum aſpectum reſoluuntur.



Speculi concaui.

Omnes radij a centro ſpeculi concaui ad ipſum educti: in ſeipſos reflectuntur.

Hinc rei in ſpeculi concaui centro poſite non videtur imago: in quo ſi conſiſtat oculus/ſeipſum ſolum ex reflexione intuebit.

Si circulus aut ſphera concauo ſpeculo concentrica ſint: reflexione nulla viſibilia erunt.

4 Semidiametri ſpeculi concaui/nullum punctum (preter centrum quod in ſeipſum redit)ad aliquod eiuſdem ſemidiametri punctuȝ a ſpeculo reflectit:

5 Quo fit vt oculus in ſpeculi concaui ſemidiametro poſitus nullum eius punctum intueatur. qui ſi extra centrum fuerit/nec ſeipm̄ quidem videbit.

6 Inſpeculis concauis: contingit et ab vno tantum puncto/ꝛ a duobus/et tribus/ꝛ quattuoꝛ: minime autem a pluribus punctis ſpeculi/ad eundem oculum fieri reflexionem.

7 Hinc in ſpeculis concauis: poſſibile eſt eiuſdem rei ꝛ vnam tantam et duas/ꝛ tres/ꝛ quattuoꝛ imagines apparere minime auteȝ plures.

8 In ſpeculis concauis res interduȝ maioꝛes/interdum equales/interdum ꝛ minoꝛes videntur.

9 Specula concaua ad ſolem conuerſa: ignem ex radioꝛum reflexione gignunt.

10 Si concauo ſpeculo vel diameter/vel choꝛda ſubtendi intelligatur: in cuius vno extremoꝛum/res viſibilis ſit collocata: eandem in altero ſolo eius extremo poſitus oculus/ex reflexione deprehēdet in quolibet vero alio puncto conſiſtens: nullam eius intuebitur ſpetiem.

In concauo ſpeculo: radij ab extremis/ad medi-
11 um colliguntur.


Concauum ſpeculum ꝛ maioꝛe/ꝛ media/ꝛ mino-
12 re ſphere poꝛtione conficitur.

Si concauum ſpeculum fuerit medie poꝛtionis:
13 extrema ſue diametri puncta ad angelos rectos reſiliunt: ſi vero maioꝛum/ad angelos acutos: ſi minoris/ad obtuſos.


Connexi

Due recte linee ab eodem puncto ad ſphericuȝ coꝛ









3 

pus a ducte/idem contingentes : minorem eius
portionem ex neceſſitate claudunt.
2 Hinc connexum ſpeculũ/ꝛ maiore ꝛ media ſphe
re portione ſuperfluit: minore vero portione fac-
tum/vtile eſt totum.
3 Rei viſibilis radius connexum ſpeculum cõtin-
gens: non reſilit/ſed continuus atqꝫ directus ad
4 vlteriora tendit. Rei viſibilis radiꝰ ad ex-
tremum diametri connexi ſpeculi punctum dire-
ctus: ad angulos rectos redit. Qui vero extra
diametri extremum intelligitur protendi: acutũ
angulum reflexus gignit. Qui autem citra (non
tranſiens per centrum) obtuſum.
5 Connexuꝫ ſpeculũ ſuſceptos radios minꝰ ꝯtinet
eoſqꝫ a medio ſui extrema diſpergi ſinit.
6 Unde fit vt debilior ſit radiorum a cõnexo quã
a concauo ſpeculo reflexio: minuſqꝫ in connexo
ſoli expoſito/q̄ꝫ in concauo/ignis generetur.
7 Connexum corpus tranſparens/ac aere denſius
ſol expoſitum: factis radijs ſub eodem corpore/
ad perpendicularem ꝯcurrentibꝫ ſubiecta corpo-
ra adurit/gignitqꝫ in eis ignem.










Plani

1 Inter cauum connexumqꝫ ſpeculum/planum eſt
medium vtriuſqꝫ equalitas.
2 Hinc in planis ſpeculis: neqꝫ maior neqꝫ minor
apparet imago ſi equalis/ac vera.
3 Si incidentis ſpeculo plano radij angulus fue-
rit recti medietas: erit reflexionis angulus inter
incidentem/reflexumqꝫ radium factus rectus.
Si vero prior angulus fuerit recti medietate mi
nor. erit angulus inter vtroſqꝫ radios obtuſus
ſi autem maior: acutus.







4 Rei viſibilis radij plano ſpeculo / aut equediſtantes aut directi: minime ab eodem reflectuntur.

5 Impoſſibile eſt rei viſibilis centro / ad ſpeculum planum: radios vno plures eſſe perpendiculares.

6 Specula plana omnium planarum figurarum modis coaptantur.

7 Figure ſpeculi plani diuerſitas: nullam reflexionis aut apparentis imaginis diuerſitatem affert.

8 In ſpeculis planis ſit rei viſibilis ab vno tantum puncto / ad quemlibet oculum reflexio.


9 Quare ⁊ eiuſdem ſpeculis: vnam tantum apparet imago.

10 In planis ſpeculis illic apparet imago: in quo viſuales radij cum catheto concurrunt.

11 Cathetus eſt linea recta a re viſibili ad ſpeculum perpendicularis.

12 Duobus aut pluribus oculis in plano ſpeculo eadem rei viſibilis imago demonſtratur.

Perſpectiue introductionis finis.


Terminꝰ viſus


TYPVS VNIVERSALIS TERRE IVXTA MODERNORVM DISTINCTIONEM ET EXTENSINEM PER REGNA ET PROVINCIAS
Lebecius
Transmo tana
Scirocus
ponens
leuās
Grecus
OCEANVS OCCIDENTALIS
ZOA NA ME LA
OCEANVS INDIC9 ORIENTALIS
ASIA
Tartaria Torquesten
Tartaria Corasine
Tartaria Tangut
Regnū Cathay
Cathay
Chatam
Montana
Regnum persie
Regnum Tharse
Carma ma
Russia alba
Barbaria
AFRICA
Arabia felix
Tropicus Cancri
Equinochalis
Tropicus Capricorni
Madagascar
MARE INDICVM
Meridionalis
Magistralis
PARIA SEV PRISILIA
Murfuli regnū
Ciamba
Moabar
Sinus magn9
Zam ziber
Silam
Seylam

Noua terrē deſcriptio

Noua terre ſuccincta deſcriptio.

Omnem terre ambitum ad celi ſpatiū pūcti obtinere rationem Aſtronomicis demōſtrationibꝫ ꝯſtat. Ita vt ſi ad celeſtis globi magnitudinē ꝯferatꝛ ꝛ nihil ſpacij prorſus hr̄e iudicetur. Et huiꝰ q̇dem tā exigue in mōo regiōis q̄rta fere portio eſt antiq̇oribꝫ cognita: a nobis animātibꝫ incolitꝛ. Atqꝫ in tres ꝑtes hactenꝰ ſciſſa fuit/ Europam/ Africam/ ꝛ Aſiam.

¶ Europa ab occidēte mari Athlātico: a ſeptē. Germanico/ ab oriēte Thanai/ Meotide/ palude ꝛ pōto: a meridie/ mari miditerraneo clauditꝛ: habetqꝫ ī ſe Hiſpaniā/ Galliā/ Germaniā/ Italiā/ Greciā/ Hūgariā/ Scluuoniā/ Poloniā/ Ruſſiā/ Ualachiā/ Seruiā/ Pruſſiā/ Daciā/ Norbegiā/ Suetiā minorē Tartariā q̄ ꝛ Taurica/ Cherſoneſus dr̄: inſulas ꝟo inſigniores Angliā cū Scotia/ Hiberniā/ Siciliā/ Corſicam/ Sardiniam maioricam ꝛ minoricam.

¶ Africa ab occidente mari Athlantico/ a meridie oceano Aethiopico/ a ſeptētrione/ mari mediterraneo: ꝛ ab ortu mari indico terminatꝛ. Ea in ſe complectitꝛ Mauritanias/ Tingitanam ꝛ Ceſariēſem/ Lybiā interiorē/ Numidiā/ quas oēs nūc Barbariā dicūt/ ꝛ minorē Africā/ in q̄ eſt Carthago/ q̄ nunc Tuniſiū appellatꝛ: Romani ipij oli ꝑtinax emula/ Cyreneicā/ Marmaricā/ Lybiā/ quo etiā noīe tota Africa a Libye rege Mauritanie appellatꝛ/ Aethiopiā interiorē/ Aegyptū. ꝛc. Et dicitꝛ Africa: eo ꝙ frigoris rigiditate careat.

¶ Aſia q̄ nūc ceteras magnitudine ꝛ opibꝫ lōgiſſime vincit ab Europa Tanai fluuiꝰ atqꝫ ab Africa Iſthmo: q̇ ī auſtralē plagā diſtēꝰ Arabie ꝛ Aegypti ſinū ꝑtendit/ ſecernitꝛ. Hec principaliſſimas regiōes hꝫ/ Bithiniā/ Galaciā/ Capadociā/ Pāphiliū/ Lidiā/ Ciciliā/ Armenias/ maiorē ꝛ minorē q̄s nūc magnā Turchiā noīant. Colchidē/ Hircaniā/ Iberiā/ Albaniā/ Schitiā/ q̄s nūc Tartariam dicūt. Indiā exteriorē interiorē ꝛ ſuꝑiorē. Cathaiā/ Manigi/ Cyambani ꝛc. Inſigniores ꝟo inſulas q̄s hꝫ hec ſunt Taꝓbana/ Zeylam Ionam maiorem ꝛ minorē zipangri. ꝛc.

equinoctialia in ſphera circulari tranſit.A.B.C.D.circa centrum.E.⁊ diametrum.A.E.C.⁊ intelligimus.A.quidẽ in polo Boreo.C.vero in Notio. Sumaturqꝫ.B.F.⁊ D.G.⁊ B.H.⁊ D.E. circunferentie in diſtantijs tropicorũ ab equinoctiali.A.L.autem ⁊ A.M.⁊ N.C.⁊ C.O.in diſtantijs arctici ⁊ antarctici a polis/⁊ diuidatur diametrus eſtatis.A.E.iuxta.P. Cum ergo paralellum per Syenem inter E.⁊ P.oporteat ſitum eſſe ⁊ ratio circunferentie a paralello Syenes ad equinoctialem ad hoc eſt quatuor fere ſit ad quindecim medietatis autem E.P.ad E.A.P. eorundem quatuor fere ad viginti ſit a.ſupercius erit.A.E.linee a centro terre exeuntis. Aſſumatur autem E.Q.totum trium q̃-lium eſt quatuor E A.⁊ centro E diſtantie autem E.Q.deſcribatur: qui in eodem plano ambiat terram circulus.Q.R.⁊ diuiſa quadam linea recta equa.E.Q.in nonaginta e-quas portiones vno relinquet.E.P. portionum.63.E.antẽ ⁊ S portionum.16.31.12.E.autem ⁊ E.eorundem 63.⁊ producatur.X.S.y.ad cadentem ſuper rectam videlicet ſecundum paralellum Syenes: erit ergo S quidem per quod ſcribetur paralellus: ſecans Auſtralem finem habitabilis ⁊ oppoſitus ei qui per Meroen.V.autem per quod ſcribetur paralellus arcticum finem terminans/deſcriptus per Thylen. Et ſumatur aliquid auſtralius ꝙ C.vt.3.⁊ iungatur.3.A.⁊ producte.S.y.⁊ 3.D.⁊ coincidant in.ll. Si ergo expoſitos circulos intelligamus in plano per ſigna tropica ac polos ⁊ aſpectum oculi ab.ll.per.M.G.D.K.⁊ O.E.producte ad A.E.facient ipſius ſectiones per quas ſcribentur ad aſpectum portiones quinqꝫ paralellorum ad.3.per quod ſcribetur id quod eſt equinoctialis circa.D. Que autem iũguntur ab.ll.ad.D.⁊ B.⁊ F.⁊ H.⁊ G.facient quidem ſectiones ſcilicet ad A.C.per quas ſcribentur fines terre portiones eorundem paralellorum. Similiter autem ⁊ in paralellis deſcribẽdis in terra ſumentes in Q.R.pprias eq̊noctialis abſentias: vt 3.⁊.T.ſectiões factas ab eiſdẽ iũctis rectis ab.ll.ipſiꝰ ſemicirculi Q.y.R.oppoſitas ipſis ſcꝫ ſicꝰ

equediſtantes: habebimus ſectiones deſcribēdas ad aſpectū oculi quinqꝫ paralellorum ad tres: per q̄d ſcribet eqnoctialis quod circa. D. eſt. Que autem ab. ll. ad. D. ⁊. H. ⁊. F. ⁊. b ⁊. O iunguntur: faciunt eaſdem ad A. C. ſectiones predictorum paralellorum partionis. vt A. T. B. ⁊. L. T. D. a quibus ſumentes diſtantias meridianorum ordinatorum ab vtraqꝫ parte. A. V. ⁊. X. y. recta in proprijs trium paralellorum rationibus ſcribemus per ſimilia tria puncta portiones ſubiectorum meridianorum vt terminantium longitudinem. E. y. F. O. ⁊. P. ⁊. s. Multitudo vero deſcribendorum in terra ad deſcriptionis magnitudinem ad aptanda erit. In deductione autem circulorum illud eſt obſeruandum/vt gradiatur quilibet per aſſumpta quatuor ſigna: ⁊ ī pictura: vt nō in acutum in ſectione ad extimum circulum finiat: ne contra ordinem phantaſiam inducat. Sed etiam hic ad ea que ſequentur equalitas eſt tenenda: licet extra circulum continentem picturam cadant/quendam defectum ipſum finientes cum circulo qui in vera ipſa imagine viſus fuerit incidere.

Animaduertendum etiam eſt: vt linee ſole ſicut ipſi circuli cū quadam commenſurabili latitudine ⁊ colore differenti: preterea vt portiones que vltra terram ponentur obſcuriores colores habeant ꝙ portiones que aſpectui offerentur: queqꝫ ad aſpectum remotiora ꝙ portiones coincidentes a propinquioribus incidantur per additiones pariter verarum imaginū in ipſis circulis ⁊ terra. Incedatqꝫ zodiacus quidem ſuper terra iuxta ſemicirculum auſtraliorem: ⁊ per tropicum hyemalem. Aſcribemus ⁊ his in oportunioribus locis proprias denominationes ⁊ in ipſius circulis numerus diſtantiarum ⁊ harum in deſcriptione ipſius habitabilis. Circiter autem exteriorem circulum ventorum pariter denominationes apponemus: quēadmodum in ſphera circulari ad adiacētes quinqꝫ paralellos ⁊ polos ipſos.

¶ Huiuſce extenſionis Epilogus ⁊ recapitulatio cōgrue hic videbitur. Deſcriptio circularis ſphere in plano cum terra in eodem comprehenſa habebitur: ſi oculi noſtri aſpectus

figetur in ſitu: ſecundū quem in communibus ſectionibus
meridianus circulus per puncta gradiens tropicorum linea
recta fiet: qui circulus noſtre habitabilis diuidit longitudi-
nem. Preterea paralellus per Syenem deſcriptus: qui cir-
culus latitudinem ipſius habitabilis fere partitur equaliter
Sic autem habeantur rationes magnitudinum ſphere et ip-
ſius terre et diſtantie ipſius aſpectus: vt in ſpatio quod inter
iacet inter circulum iuxta tropicum eſtiuū tota appareat ha-
bitabilis nobis nota/auſtraliori ſemicirculo per medium ſi-
gnorum circulum conſtituto ſuper terram: ne ſub hoc que-
dam additio habitabilis noſtre fiat que ad arcticum hemiſ-
perium extendatur. Ex quo dicti meridiani ſcd̄m axem ip̄m
enius recte linee faciant pbaſiam tanq̄ aſpectum ip o in pla
no per ipſos cadente. Et paralellus qui ſcribitur per Syenē
rectus etiam ob ſimilem cauſam videatur. Reliqui vero cir-
culorum ad notandorum veri per ciuitates apparent ad line
as ipſas rectas: meridiani quidem ad eam que tranſit polos
paralelli vero ad illam que per Syenem: illiq̄ magis qui ex
vtraq̄ parte ab illis plus diſtant: vt circulus arcticus q̄ eſti
uus tropicus magis ad arcton vergat. Hyemalis vero tro-
picus magis q̄ equinoctialis ad meridiem. Preterea antar
ticus circulus magis q̄ ipſe hyemalis tropicus. Situm aūt
habet cognita terre pars vt oceanus quidem ipſe nulla ex p
te ipſam circunuallet: niſi tātummodo in finibus deſcriptis
apud Rhapta et Threſciam ex parte africe et europe iuxta ve
tuſtiorum traditionibus.

07392

c
J515
R375m